

I 489



V.

COMMENTARI^I

DE

ORIGINE ET PROGRESSV LEGVM IVRIVMQVE GERMANICORVM

P A R S I.

LEGES ET IVRA POPVLORVM
TEVTONICORVM ANTIQVA

JURISTISCOS COMPLECTENS.
SEMINAR
HALLE a. d. S.

Aus der Bibliothek
Alfred Boretius.

QVOS EX IPSIS FONTIBVS HAVSTOS IN VSVM
STUDIOSAE IVVENTVTIS PRIVATAEQVE
LECTIONIS PERSPICVE COMPOSITOS ET
APPENDICE TABVLARVM MEMORABILIVM
INSTRVCTOS.

EDIDIT
D. CHR. GOTTL. BIENERVS

IVRIS NATVRAE ET GEN. PROF. PVBL. ORD.
IN STUDIO LIPSIENSI.

LIPSIAE,
APVD GEORG EMANVEL BEER
MDCCCLXXXVII.

COMINIANI

ORIGINE & HISTOIRE DE LA
MUSIQUE CHINOISE

SAGE

PROTATIS PICTORIA
TRANSLATIONE VULGARIS

COMINIANI



COMINIANI HISTOIRE DE LA MUSIQUE CHINOISE
TRANSLATIONE VULGARIS

THEATRUM MUSICUM MEMORIALVM
INSTRUMENTORVM

CHR. GOTTL. BIEBERES

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF BOSTON LIBRARIES
MASSACHUSETTS

1781

1781
1781
1781

V I R O
EXCELLENTISSIMO AC PERILLVSTRI
D O M I N O
FRIDERICO GOTTLÖB
A BERLEPSCH

DYNASTAE IN HENNINGSLEBEN, LEISLAV E.C.

P R A E S I D I
SVMMI SENATVS ECCLESIASTICI
DE RE SACRA ATQVE CIVILI IMMOR-
TALITER MERITO

D O M I N O ET MAECENATI INDVL-
GENTISSIMO

S A C R V M,

F5

Aus der Bibliothek
Alfred Borotius,

AVIO

EXCELSIORISMO AC HERITATIBI

DONINO

FREDERICUS GOTLIBUS

A HERTZSCHE

IN ANGLO-GERMANIC GRAMMATICA

PARISIENSIS

SIMILIS SERVIA E CICERO

DE SACRA BIBLIA CIVILISATIONE

APOLLONIUS MIRIUS

DOMINUS TANZOWIANUS IMPAR

GRAMMATICO



EXCELLENTISSIME DOMINE!

PATRONE INDVLGENTISSIME!

NOMINI TVO hos commentarios,
quos de historia legum patriarcharum
composui, dicare ausus sum, vt et
ornamentum inde ipsis accederet et
mihi daretur occasio propalam dicen-
di, quas TIBI TVO que patrocinio
debeam gratias. Rogo igitur atque
obsecro TE, VIR EXCELLENTISSIME!
vt hoc opusculum grati animi monu-
mentum serena mente, id quod ex
singulari humanitate atque clementia
facere soles, accipias meque in futu-
rum TVA gratia atque tutela haud in-

EXCELENTISSIME DOMINE!

dignum censeas. PRINCEPS
ELECTOR, AMOR et DELI-
CIAE populi sui TIBI recturam fa-
crorum studiorumque, nobilissimam
fane rei publicae partem, clementissi-
me demandauit, nos qui in litteris ex-
colendis animisque iuuenum effor-
mandis versamur, de tali rectura prae-
fudioque nobis gratulamur, mihiique
nihil vnuquam magis in votis fuit, quam
vt SVPERIORIBVS meis studia
placerent mea. Itaque rationes simul
TIBI, VIR EXCELLENTISSIME!
studiorum, diligentiae, temporisque
mei reddere cupio; scis, DOMINE
PERILLVSTRES! me quotidie
septenas, interdum octonas, atque
adeo, vereor prope dicere, nouenas
horas, in iuribus diuinis et humanis
docendis iuuibusque erudiendis,

haud infelici puto successu, ponere;
has enim praecipuas partes doctoris
semper credidi, vt iuuenes ad usum
rei publicae et litterarum efformet, et
cum ad scholas meas illotis quod aiunt
manibus accedere non soleo, vt ne fi-
duciam optimorum adolescentium in
me collocatam fallere videar, fieri
solet, vt non tota dies solum, sed
etiam pars noctis laboribus acade-
micis absumatur. Contigit tamen
mihi aliquod otium, non tam scholis,
quod mihi religioni foret, quam
mihimet ipsi, meisque et prope dixe-
rim valetudini furari, quod ad colli-
gendos hos commentarios contuli.
Quam vellem, **vt TIBI, VIR EXCEL-
LENTISSE!** studia probarem mea!
id certe animum meum in studiis labo-
ribusque confirmabit. Atque ira De-

us T E seruet praesidio litterarum rei-
que publicae bono sospitem et incolu-
mem quam diutissime! meque in tute-
la et patrocinio T V O requiescere spem-
que salutis repônere patiaris!

EXCELLENTISSIMI NOMINIS

T V I

DOMINE PERILLVSTRIS

Scribebam Lipsiae ipsis Kalendis
Julii GLO IO CCLXXXVII.

Cultor ac deuotus
CHRIST. GOTTLÖB BIENERVS.



P R A E F A T I O.

Cum librum quaererem, ex quo commilitoni-
bus et auditoribus meis historiam iurium
patriorum enarrarem, in quo praeter historiam
ipsorum iurium imago exprimeretur, neque mu-
tationes solum in externis inuolucris iuriumque
codicibus, sed ipsarum legum et sanctionum ori-
gines ac progressus continerentur, atque ex quibus
caussis rationibusque haec omnia ab antiquissi-
mis temporibus ad nostram vsque memoriam
processerint, doceretur, neque reperirem, qui
huic fini studioque accommodatus videretur;
coepi ipsem et caussas legum patri-
rum aliquanto diligentius inquire multumque
legendo et pensando intellexi, multa in his
rebus clariore luce illustrari oportere. Itaque

X 5 ani-

PRAEFATIO.

animum ad scribendum appuli commentariosque
composui, quorum primam partem emitto.

Mihi autem propositum est vniuersam iurium
patriorum historiam complecti, ideoque praeter
origines legum priutarum, iuris publici atque
feudalis habere rationem. Haec enim triplex iu-
rium patriorum familia ex vna veluti stirpe pau-
latim succreuit, vt historia sine detrimento sepa-
rari nequeat. Antiquissimis quidem temporibus,
quoad circa matrem veluti haeserunt haec iura,
secerni non possunt, vt singulis capitibus propo-
nuntur, sed vniuersa familiæ, quasi in vna domo
simul cognoscenda est; progressu temporis a se
inuicem separari propriamque familiam consti-
tuere coeperunt, vt distinctius eorum historia tra-
di possit. Quae quidem quo modo persecutus
sum, ex ipsa libri lectione accuratius cognosci po-
terit, sed pauca mihi monenda videntur. Pri-
mum quidem in iure publico enarrando utile
mihi visum fuit præcipua eius delibare capita ex
legibus aliisque monumentis, vt status publicus,
sine quo omnis legum iurisque historia coeca est,
cognoscatur, deinde in iure feudali breuem feudo-
rum historiam addere necessarium existimaui,

vt

PRAEFATIO.

ut institutis legibusque feudorum lumen affundetur; tandem in iure priuato multa antiquitatum capita simul modo tractanda modo summatim tangentia erant, locus in primis de criminibus et iudiciis, qui tam late patet per vniuersam iuris germanici historiam, abesse non poterat. Quae quidem omnia in vniuersa iuris historia ita iuncta reperi, ut sine detimento separari nequeant. Quamobrem id mihi vitio versum iri, meque plurium scientiarum, historiae, antiquitatum legumque confusisse fines, argui non puto, scio, quae de finibus disciplinarum regundis praecipi solent, sed experiendo didici, haec facile quidem praecipi in scholis, utiliter autem applicari vix posse, et quid tandem fiet, si ex talibus ratiunculis quotidie in plures artes scinditur studium nostrum. Quidquid igitur ad illustrandam iuris patrii historiam eiusque sanctiones cognoscendas, verasque rationes eruendas vtile atque frugiferum existimauit, congruis locis inserui, ut plena et ad ipsam institutionem accommodata fieret haec nostra iuris historia.

Hos autem commentarios tam priuatis lectionibus, quam scholis academicis accommodandos putauit, viris quidem doctis non seripit,
potius

PRAEFATIO.

potius ex eorum operibus profeci, si tamen nonnunquam tempus, voluptas erit has lucubratiunculas cognoscere, petitum impetratumque volumus, ut in legendo, quae pridem scierint, non aspernentur, quae autem noua sibi aut aliter atque adhuc mos fuit, proposita offenderint, penitus et aut calculo suo probent, aut amice emendent. Sunt autem multi per Germaniam, Italiam forte, Galliamque vix mediocriter in hoc genere versati, quorum studia lectioне huius libri subleuari et adiuuari posse existimem. Mihi tamen in primis curae cordique fuit institutio iuuentutis, ut in his studiis legendi audiendoque erudirentur. Itaque integros saepe legum textus in notis addere, vtile putaui, ut mox et probationes pateant et vberior rerum notitia ex ipsis fontibus hauriatur. Vnus enim locus mihi saepe pluris est, quam plures ineptientium saepe scriptorum libelli. Litteraturam iuris, quatenus ad ipsam legum cognitionem pertinet, addidi, constitueram etiam de ipsis singularum legum codicibus manuscriptis differere, sed omisi hunc locum, quia codices oculis usurpare et ad manum habere mihi non contigit. Parcus etiam fui notando eo, quod magis ad contempla-

PRAEFATIO.

templationem legum philosophicam, quam historiam pertinet. Scio quidem haec tam ad alendum animum, quam ad acuendum ingenium, animumque oblectandum multum pertinere, sed harum rerum inueniendarum voluptatem legentibus non inuidere malui.

Si qui sunt, qui officii sui esse putent, hos commentarios accuratius expendere, singula rimiri et propalam de nostris studiis iudicare, permisus, ut sine ira inuidiae aut praeconcepta opinione accedant, neque statim temere obfrepant, si quae aliter apud alios legerint, sed tractationes rerum et testimoniorum auctoritates ipsaque argumenta penitent meminerintque, si quidem tales vigilarunt vigilias, quam difficile sit, in rebus tam alte repetendis et vndeque conquirendis omnia ad amissim examinare. Opus hoc perfectum et omnibus numeris absolutum non puto atque ipse pag. 40. nota 9. animaduerti me in *tæbulis* FRIDERICI I. dijudicandis, cum breuis esse laborarem, in obscuritatem incidisse, quanquam omnino post lucubrationes virorum doctorum SCHOETTGENII, WESTPHALENII, BOEHMII aliorumque

PRAEFATIO.

que verum istarum tabularum sensum, quae etiam apud MENKENIVM exstant, ex medii aeui rationibus explicari debere puto. Itaque gratum erit cognoscere, quae in hoc opere aut emendanda aut supplenda sunt, modo ne opinio opinioni opponatur, suum quisque iudicium habet, nec mihi sumo, ut omnes meae opiniones omnibus probentur, *scimus sed hanc veniam petimusque damusque vicissim*. Proprio itaque numine primam partem emitto, alteram et tertiam cum indice ad usum omnium partium composito, futuro anno edam, sed ut summam statim pateat, quid in hac parte quaeri inuenire posse, capita rerum tractationumue ex vniuerso opere addere placet.

LIB. I.



LIBER I.

De iuribus legibusque Germanorum antiquis.

CAPVT I.

De historia legum iuriumque Germanicorum praecepta generalia.

§. 1. Commendatur studium iuris chronologicum simulque quid hoc comprehenditur libello declaratur.	pag. 3
§. 2. De vi iuris Romani in mutando iure patrio univer-	
§. 3. De iuris Canonici vi et potestate in efformando iure	5
patrio.	7
§. 4. De Legibus, quarum historiam complectimur.	9
§. 5. De subsidiis huius studii.	10

CAPVT II.

Historia Iuris Germanici in Germania Libera.

§. 6. De forma ciuitatum Germanicarum.	16
§. 7. De feudis eorumque iure in Libera Germania.	19
§. 8. De iure privato scripto et non scripto legibusque fa-	
miliarum illustrium.	20
§. 9. De iure criminali veterum Germanorum.	22
§. 10. De iudiciis veterum Germanorum.	24
§. 11. De modo iura prodendi ad posteritatem.	26
§. 12. De legibus Germanorum extra Germaniam in pro-	
vinciis Romanorum subactis uniuersim.	28

CAPVT III.

De Corporibus Legum Germanicarum inde a seculo V.
compositis.

I. De Lege Salica.

§. 13. Historica Legis Salicæ.	30
§. 14. Vtterior legis Salicæ historia eiusque usus in foro.	37
§. 15. Contenta legis Salicæ.	41

II. De



II. De Lege Ripuaria.

- §. 16. *Historia Legis Ripuariorum* pag. 45
§. 17. *Comparatio legis Salicue et Ripuariae instituitur
huiusque inuestigantur sanctiones.* 48

III. De Lege Alemannorum.

- §. 18. *Historia legis Alemannorum.* 15
§. 19. *De natura et sanctionibus legis Alemannorum.* 54

IV. De Lege Baiuvariorum.

- §. 20. *Historia Legis Baiuvariorum.* 58
§. 21. *De natura et sanctionibus legis Bauaricae differi-
tur.* 62
§. 22. *De Legibus in ipso Germaniae solo conditis in uni-
versum.* 66

V. De Legibus Frisionum.

- §. 23. *Historia Legum Frisicarum.* 67
§. 24. *Vlterior legum Erisicarum historia.* 70
§. 25. *De sanctionibus legum Frisicarum earumque na-
tura.* 72

VI. De Legibus Saxonum.

- §. 26. *Historia Legum Saxoniarum.*
§. 27. *Vlterior iuris Saxonici historia.*
§. 28. *De natura et sanctionibus legum Saxoniarum.* 81
§. 29. *De iure criminali Saxonum.* 84

VII. De Legibus Angliorum et Werinorum.

- §. 30. *Historia legis Angliorum et Werinorum.*
§. 31. *De natura et sanctionibus legis Angliorum et Weri-
norum.* 92

VIII. De Legibus Anglo-saxonum antiquis in Britannia.

- §. 32. *Historia legum Anglo-saxonarum in Britannia.* 94
§. 33. *De natura et sanctionibus legum Anglo-Saxonica-
rum.* 97

IX. De Legibus Burgundionum sive de Gundobada.

- §. 34. *Historia legum Burgundicarum.* 98
§. 35. *De natura et sanctionibus legis Burgundicae.* 102

X. De

X. De Legibus Wisigothorum in Hispania.

- | | |
|--|----------|
| §. 36. Historia legum singularium a regibus in regno Wi- | |
| sigothico-latarum. | pag. 104 |
| §. 37. Historia codicis legum Wisigothicarum. | 107 |
| §. 38. De versione legum Wisigothicarum sub titulo: Li- | |
| ber iudicum seu Fuero Iusgo. | 110 |
| §. 39. Ulterior legum Wisigothicarum historia. | 112 |
| §. 40. De natura et sanctionibus legum Wisigothicarum. | 117 |

XI. De Legibus Ostrogothorum in Italia seu de edito Theodoriciano.

- | | |
|--|-----|
| §. 41. Historia iuris Gothici in Italia. | 121 |
| §. 42. Historia et natura editi Theodoriciani. | 123 |

XII. De Legibus Longobardorum in Italia.

- | | |
|---|-----|
| §. 43. Historia legum Longobardicarum in Italia. | 125 |
| a) in antiquo Longobardorum regno. | |
| §. 44. Ulterior legum Longobardicarum historia. | 103 |
| b) inde ab anno 774. vsque ad annum 964. | |
| §. 45. Ulterior legum Longobardicarum historia. | 133 |
| c) inde a coniunctione Italiae cum Germania. | |
| §. 46. De vi et potestate legum Longobardicarum in effor- | |
| mandis mediis aetii per Italiam iuribus. | 137 |
| §. 47. De indole et sanctionibus legum Longobardicarum. | 140 |
| §. 48. De duplice legum Longobardicarum editione. | 148 |
| §. 49. De Carolo M. legum Germanicarum emendatore | |
| et auctore. | 152 |

LIBER II.

De Capitularibus Regum Francorum.

CAPVT I.

De Capitularibus Regum Francorum vniuersim.

- | | |
|---|--------|
| §. 50. De regno Francorum eiusque in leges Germanorum | |
| publicas priuatasque vi et effectu. | 160 |
| X | §. 51. |

- §. 51. *Modus condendi capitularia eorumque notio et genera proponuntur.* 162
 §. 52. *De promulgatione Capitularium eorumque vi et auctoritate in regno Francorum.* 167

CAPVT II.

De Historia Capitularium.

- §. 53. *Ipsa capitularium historia secundum tempora proponitur.* 170
 §. 54. *De variis Capitularium collectionibus auctoritate priuata institutis.* 180
 α) *De Collectione Abbatis Ansegisi.*
 §. 55. *Vtlerior de variis Capitularium collectionibus historia.* 184
 β) *De collectione Benedicti Leuitae.*
 γ) *De quatuor additionibus Capitularium.*
 §. 56. *Absolutitur Capitularium historia.* 189
 δ) *De collectione Lotharii I. A.*

CAPVT III.

De ipsis Capitularium sanctionibus, earumque natura et indole.

- §. 57. *De natura et indole capitularium uniuersim.* 196
 §. 58. *Praecipua iuris publici capita ex Capitularibus proponuntur.* 201
 §. 59. *De praecepsis iuris sacri sanctionibus secundum capitularia Regum Francorum.* 209
 §. 60. *De iudiciis priuatis eorumque forma.* 218

CAPVT IV.

Historia Feudorum Iurisque Feudalis in Regno Francorum.

- §. 61. *Vestigia feudorum apud Francos leguntur ante regnum conditum.* 226
 §. 62. *Historia feudorum inde a regno condito usque ad mortem Caroli M.* 229
 §. 63. *Historia feudorum a morte Caroli M. usque ad interitum stirpis Carolingiarum in Gallia.* 232
 §. 64.

§. 64. De progressu feudorum in Germania usque ad interitum stirpis Carolinae.	237
§. 65. De progressu feudorum in regno Italicu usque ad Ottонem I.	240
§. 66. De legibus feudalibus et institutis feudorum.	244
§. 67. Delibata quaedam iuris clientelaris ex aeuo Carolingico capita.	246

LIBER III.

De Lege Romana.

CAPVT I.

De statu et conditione legum Romanarum in subiectis prouinciis vniuersim.

§. 68. De usu iuris Romani in regnis Germanorum differuntur.	251
§. 69. De statu iuris Romani in imperio occidentali Germanis regna nova ibidem fundantibus.	254
§. 70. De Valentiniiano III. et Theodosii II. A. A. emendatione legum Romanarum.	255
§. 71. De mutationibus, variisque visionibus legum Romanarum in prouinciis subiectis vniuersim.	159

CAPVT II.

Historia Legis Romanae in singulis Germanorum ciuitatibus exponitur.

§. 72. Quorum regnorum in enarrandis legum Romanarum fatis ratio habetur, differitur.	261
---	-----

I Historia Legis Romanae in Italia a Valentiniano III. usque ad Ottонem.

§. 73. Historia iuris Romani a Valentiniiano III. A. usque ad regnum Ostrogothorum in Italia.	263
§. 73. Historia iuris Romani in regno Ostrogothorum.	264
§. 74. De iure Iustiniane in Italia promulgato.	268
§. 75. Historia iuris Romani Longobardis in Italia regnibus.	270
§. 76. Historia iuris Romani in Italia inde a Francorum imperio usque ad Ottонem M.	276

II. Historia Legis Romanae in regno Wisigothorum Hispano et Gallico.

- §. 77. *De iure Romano eiusque vsu ante Codicem Alaricianum.* 280
§. 78. *Historia Codicis Alariciani proponitur.* 283
§. 79. *De fontibus codicis Alariciani et Gothica in primis interpretatione.* 286

III. Historia Legis Romanae in Gallia et Germania.

- §. 80. *De vsu iuris Romani in Gallia et Germania uniuersim, sigillatim de codice Alariciano in parte Galliae Gothis subiecta.* 288
§. 81. *Historia Iuris Romani in antiquo Francorum regno et Burgundia.* 292
§. 82. *De tempore, fontibus, vsu et auctoritate opusculi, quod Papiano tribuitur.* 295
§. 83. *Historia Iuris Romani in regno Francorum orientalium, seu Austria et uniuersa Germania.* 298

CAPVT III.

De studio iuris formulisque per haec tempora consecatis, et dubiis quibusdam huius aeuī legibus.

I. De iurisprudentia antiqua formulisque negotiorum.

- §. 83. *De clericis et monachis iuris studiosis.* 301
§. 84. *De formulis, formulariis huius aeuī iurisprudentia.* 303
§. 85. *De constitutionibus quibusdam dubiis, in primis de constitutione Caroli Crassi, de expeditione Romana.* 370
§. 86. *Iudicium de uniuersa huius temporis legum morumque ratione.* 310

Appendix Monumentorum.

313

HISTO-

HISTORIA
IVRIS GERMANICI.

PARS I.

LEGES ET IVRA POPVLORVM
TEVTONICORVM ANTIQVA
COMPLECTENS,

DE IVRIBVS
LEGIBVSQVE GERMANORVM
ANTIQUIS.

LIBER I.

CAPVT I.

DE HISTORIA LEGVM IVRIVMQUE
GERMANICORVM PRAECEPTA GENERALIA.

§. I.

Commendatur studium iuris chronologicum simulque quid hoc comprehendatur libello declaratur.

Germania patrum incuria temporisque longuitate tanta legum mole premitur, ut certo ordine iuris scientiam tractare difficultimum videatur. Triplex enim iurium sua natura discrepantium genus paulatim in ciuitatem nostram irrepit et constitutum fuit, Romanum, Canonicum et Germanicum. Aliud huic rei accessit malum. Interpretes enim vnam harmoniam et consonantiam legum natura sua discrepantium effingendo fecerunt, ut maxima iurium perturbatio oriretur; quod, si in scholis disputandi materiam praeberet tantum, in magno equidem non possemus discrimine, sed irrupit hoc malum in forum, in ipsas causarum decisiones, ideoque magna eius est vis ac potestas

A 2

testas



testas in vniuersam ciuitatis hominumque salutem,
 Cui malo vt nedeamur, perturbationemque iuri-
 rum ex legitima scientia tollamus, simulque saluti
 publicae consulamus, diligentius pertractanda
 mihi videtur legum historia, iurisque vniuersi
 chronologia. Haec enim sola lumen iuri vniuer-
 so affundit, verasque legum rationes pandit, quod
 saepius in iuris Romani studio dictum et grauer
 admonitum a viris doctissimis etiam in iure pa-
 trio saluberrime praecipitur, quanquam videmus
 haec leuiter tractari aut a multis plane negligi.

Cui quidem operi, quanquam me imparem
 sentio, tamen iuuat pro virili consulere et inge-
 nia iuuenum optimorum excitare, vt maiorem,
 quam adhuc factum est, huic rei impendant di-
 ligentiam. Studium nostrum versabitur in ori-
 gine et progressu legum Germanicarum enarran-
 do, quibus quidem verbis historiae iuris scripto-
 res, triplex istud iurium genus Romanum, Cano-
 nicum et Germanicum interdum significare so-
 lent, quippe etiam peregrinae leges, a Romanis
 Imperatoribus et Pontificibus conditae, nostrae
 factae fuerunt, ego vero domesticas tantummo-
 do leges hoc complectar libro. Enarranda ita-
 que erit historia legum a maioribus nostris con-
 ditarum, vt et de tempore, de loco, de auctori-
 bus ipsoque vsu constet, sed altius penetrandum
 erit in ipsam legum vim ac potestatem, vt vera
 earum indoles et natura, quem spiritum legum
 appellant, intelligatur. Nam, nisi fallor, hic
 praecipuus est quem ex historia iuris capimus
 fructus,

fructus, ut rationes legum iurisque intelligamus, totam iuris disciplinam, quo modo cum ciuitate nata, alta, educta fuit, perspiciamus, ipsosque morbos ac corruptelas aut latorum vitio aut longinquitate temporis ortas teneamus salubremque suo tempore medicinam afferre valeamus. At vero, ut haec intelligamus, praeter origines et progressus iuris ac legum, totaciuitatis forma est amplectenda, cognoscendum, quae principis, quae ordinum, quae populi et in vniuersum et in singulis regiminis partibus fuerunt iura, quae forma iudiciorum, quis tractandi caussas tam ciuiles quam criminales et publicas modus et ordo, et ut uno verbo omnia complectar, harum rerum scrutatorem et obseruatorem nihil fugere oportet, quod vlla ratione ad veram ciuitatis imaginem, cuius leges tractat, pertinere videatur.

§. 2.

*De vi iuris Romani in mutando iure patrio
vniuersim.*

Id in primis etiam animaduertendum erit, quam vim et potestatem in effingendo et immutando iure patrio, et clericorum artes et iuris Romani auctoritas haberint. Enimvero valde errant, qui ultra seculum decimum quintum in hoc articulo adscendendum negant. Quanquam me non fugit ista praesertim tempestate publicum et legitimum iuris Romani usum inqualuisse, tamen certissime persuasus sum ipsi que rerum argumentis probare possum, ab iis temporibus

A 3 quibus

quibus maiores nostri religionem christianam clericque venerationem edocti fuerunt, iurum patiorum mutationem paulatim irrepisse. Etenim cum clerici lege Romana vbiique terrarum viuerent iuraque et priuilegia ecclesiarum ex legibus Romanis peterent demonstrarentque, ius peregrinum mox ipuectum fuit, vt in singulis saltim locis, bonis atque hominibus, iuxta leges patrias vsum suum exsereret. Deinde clerici ob litterarum iurisque peritiam tam in scribendis legibus, quam in dijudicandis causis, adhiberi soliti, in id in primis animum intenderunt, vt iura Germanica ex ignorantia pariter et aequitatis opinione, atque etiam calliditate aliqua loco suo pellerentur, nouaque plane ex peregrinis legibus fererentur principia. Tandem autem post restauratum in Italia iuris Romani studium, torrens legum Romanarum inundauit patriam nostram, et talis inde, qualis hodie exstat, paulatim efficta et efformata fuit iurisprudentia.

Non equidem disquirro nunc, vtrum id in fructum ciuitatis Germanicae, an in detrimentum processerit, animus tamen in studio iuris patrii in id simul intendendus erit, vt cognoscatur, quo modo id pedentim et paulatim effectum fuerit. Quamobrem in vniuersa iuris Teutonici historia iuris Romani simul aliquam habebimus rationem. Primum quidem in singulis iurium Germanicorum articulis obseruandum erit, quid ex legibus peregrinis immutatum adsutumque fuerit iuri patrio; deinde singulare capite iuris Roma-

Romani historiam in ciuitatibus Germanorum, complectar. Quanquam enim hunc locum, qui iuris Romani historiam scribunt, praeterire non solet, leuis tamen est nec cohaerens eorum tractatio, ut taceam multos in hoc genere ab omnibus fere committi errores. Itaque hanc historiam a nostra iuris historia abesse nolui, vt simul pateat, quo modo paulatim in ciuitates Germanorum immigrauerit ius Romanum, viamque strauerit iuri Iustinianeo. Ex quibus demum recte intelligi poterit, iuris prudentiam nostram neque Teutonicam neque Romanam, sed mixtam et ex centonibus plurium iurium opinionumque farragine esse compositam.

§. 3.

De iuris Canonici vi et potestate in efformando iure patro.

Iura canonica omnino etiam vim et potestatem in mutandis et efformandis maiorum nostrorum iuribus habuerunt. Statuta enim synodalia in omnibus ciuitatibus parem cum legibus auctoritatem mox a recepta religione christiana habuerunt, quid? quod iisdem praestare vita fuerunt, quippe ad salutem animi spectare credebantur. Itaque principia plane noua praesertim iuris criminalis, legibus patriis inserta fuerunt, quorum origines, si inuestigaueris, in conciliis saepe reperies. Ipsi clerici in condendis scribendisque legibus praecipuas partes egerunt, neque aliter fieri potuit, nisi ut simul canones conciliorum adhiberentur.

A 4

Nata

Nata inde fuit quaedam cognatio inter leges et decreta, inter ius ciuile et canonicum, vt alterum sine altero intelligi et explicari vix possit. Vtrumque saepe ex legibus Romanis, tanquam ex fonte communi manauit, vt noua inde utriusque iuris coniunctio orietur. E contrario magnam etiam vim in ius canonicum habuerunt leges patriae, atque omnino certissimum est, iuris canonici farraginem, quod corpus iuris appellamus, multis iuriis Germanicorum principiis esse refertam, quod equidem non in eam interpretari velim partem, vt statuamus, Pontifices Romanos eorumque scribas, ineptissimum saepe genus hominum, haec excogitasse et ad Germanos propagasse, sed haec ex ipsis iuris Germanici fontibus hausta iurique Canonicō illata fuisse. Nam cum inde a seculo V. Gothi, Langobardi, Franci atque ipsi Germani Italiae regnum tenerent, suaque inueherent iura, quorum usus per totam Italiā seculo XII. adhuc late patebat; Pontifices autem iam ab antiquissimis temporibus tanquam oracula, in dubiis quaestionibus adirentur; respondere solebant ex iure Italico usque rerum, admixta saepe aequitatis et temporis ratione, et si qui altius in litteras Romanas penetrauerant Pontifices aut scribace, leges peregrinas plerumque non intellectas crepabant, summa imis commiscendo, et haec iura gentibus dabant per secula. Ex talibus responfis decretisque conciliorum paulatim codex legum est enatus, qui praeter iura et principia propria insignem iurium Romanorum et Teuto-

Teutonicorum complectitur portionem. Ex quibus simul intelligitur, quam arcto vinculo omnis illa iurum familia ab antiquissimis temporibus cohaereat. Iuris quidem canonici historiam separatim non tradam, quippe propriam iurum familiam constituit, tamen delibanda erunt congruis locis capita, quae ad illustrandam iuris patrii historiam pertinent.

§. 4.

Quarum legum historiam complectimur.

Tradituri autem historiam iuris Germanici non eam solum complectar partem, quae in iure priuato versatur, sed vniuersum ius ciuale Germanorum, in plures disciplinas, tanquam diuersas familias propagatum. In omni atque in primis in hac nostra iuris historia, forma ciuitatis primum est cognoscenda, ut fons legum intelligatur, in quo quidem genere ita versabimur, ut simul aliquam iuris publici ecclesiastici habeamus rationem et summam saltim ea, quae in effingenda nostrae ciuitatis forma magnam vim habuere tangamus, indeque legum publicarum origenes et caussas cognoscamus. Deinde legum feudalium origines disquiram et progressus, ut existimari possit, quo modo paulatim noua plane et aliis gentibus inaudita legum progenies succreuit, propriamque nostris ciuitatibus superinduxit formam, in quo quidem articulo origines feudorum breui simul narrandae erunt, sine quibus legum feudalium historia caeca et intellectu difficilis est. Tandem flu-

A 5 dium

dium nostrum in iure priuato subsistet. Hoc autem multifariam considerandum erit. Namque praeter leges priuatas, quibus ius ciuile, quod de meo et tuo praecepit, continetur, fecernendae erunt iuris criminalis sanctiones, iudiciorum tam ciuilium quam criminalium ordo intelligendus, ut praeter historiam indeoles atque natura iuris patrii cognoscatur.

§. 5.

De subsidiiis huius studi.

Nec ad hoc studiorum genus illotis, quod aiunt, manibus accedendum est, si quis cum fructu in his tractandis versari velit. Subsidia itaque in hoc genere a studiosis harum rerum adhibenda mihi esse videntur, primum historiae imperii¹⁾ non sterili factorum narratione, sed fructuosa rerum caussarumque contemplatione constans; deinde historia Pontificum Romanorum, conciliorum totiusque hierarchiae origines et progressus, ut tam publico, quam priuato iuri lumen affundatur²⁾; tum linguae latinae³⁾ et Germanicae⁴⁾ notitia, qualis inde a seculo V. ad nostram usque memoriam fuit, supersedere non poterit accuratus rerum patriarcharum interpres; tandem artis diplomaticae studium⁵⁾ in hoc genere mirum in modum prodest, tam ad fontes diuidendos, quam ad tempora definienda⁶⁾. Antiquitates iuris publici, feudalis atque priuati ipsa iuris historia complectitur, ideoque non in subsidiiis numerandas, sed pro parte nostrae hist
riæ

riae habendas puto, licet de finibus historiae et antiquitatum iuris regundis disputare animus non sit. Litteraturam iuris autem ad subſidia retulerim 7). Quae quidem omnia non tam in iuuene, qui ad has res tractandas accedit, amare exigenda puto, sed is mihi harum rerum peritus esse debet, qui in adiuuando et promouendo iuriū patriorum studio cum fructu versari, iuuenesque harum rerum studiosos erudire cupit, quanquam studiosos aliqua ſaltim harum rerum notitia ante imbui velim, quam ad historiam legum patriarcharum addiscendam accedunt.

- 3) Ad hunc locum illuſtrandum pertinet IOH. IAC. MASCO
VII *Gefchichte der Teutschen* Lips. 1737. 4to 2. Voll.
EIVSD. *Commentarii de rebus imperii Germ.* Lips. 1741.
ſqq.
- COMITIS DE BUNAV** *deutsche Kaiser und Reichshistorie*
1728 4. Voll.
- HAEBERLIN** *Auszug aus der allgemeinen Weltgeschichte*
Halle 1767.-73. 12. Vol. 8uo.
- EIVSD. *Neueste deutsche Reichsgeschichte vom Anfang des Schmalkaldischen Krieges bis auf unsre Zeiten.* Halle 1775. ſeqq. 8uo.
- MICHAEL IGNAZ. SCHMIDT** *Geschichte der Deutschen*
Ulm 1778. P. I-V. 8uo.
- EIVSD. *neuere Geschichte der Deutschen* I. Vol. Wien 1785. II. Vol. Ulm 1786.
- Vollständiges Register über die von Michael Ignaz Schmidt herausgegebene Geschichte der Deutschen.* Ulm 1786.
- FÜTTERI, VIRI ILLVSTRIS**, opera coram recensebat
Sed in hoc genere nunc omnibus aliis palmam praeripuit
- EIVSD. *Historische Entwicklung der heutigen Staatsverfassung des deutschen Reichs*, Gött. 1786. III. Vol. 8uo.
- Plures auctores ad antiquissimam gentium Germanicarum historiam pertinentes recenseret MEVSEL v. CL. Bibl. Hist. Vol. I, p. 360.

2) Prae-

2) Praeter alios, quorum in scholis mentionem facere placet,
memorandus erit.

SPITTLER V. CL. *Grundriss der Geschichte der christlichen Kirche*. Gött. 1782. 8vo. et 1785. iherum.

WALCHS *Geschichte der Päpste*, Gött. 1758. gr. 8vo.

EIVSD. *Entwurf einer Geschichte der Concilien*. Leipzig, IX. Th. 8vo.

KRAVSENS *Handbuch der christlichen besonders deutschen politischen Kirchengeschichte*. Halle 1785.

IOANNIS DOVIATII *Praenotionum Canonicularum Libri V. ex. edit. V. ILL. AVG. FRIEDR. SCHOTT. Mitav. et Lips. 1776. sequ. 8vo.*

(FRANC. SALMON) *Traité de l'Etude des Conciles et de leurs collections* Parisis 1724. 4to. quam editioni anno 1726. 8vo. Lipsiensi anteponendam duco.

GLÜCK (CHR. FR.) V. CL. *Praecognita iurisprudentiae ecclesiasticae*. Halae 1786. 8vo.

3) IOH. GEORGE ECCARD *de usu et praefstantia studii etymologici Helmst* 1711 8vo.

HENR. SPELLMANN *Glossarium Archaiologicum*. edit. III. Londini 1687. fol.

DV FRESNE *Glossarium ad scriptores mediae et insimae latinitatis* 1678. fol. et opera Benedictinorum 1733-1736. Parisis VI. Tom. fol. auctum.

CARPENTIER *Glossarium nouum ad scriptores medii aevi Parisis* 1767. IV. Voll. fol.

GLOSSARIVM MANVALE *ad scriptores mediae et insimae latinitatis ex magnis glossariis Caroli du Fresne et Carpenterii in compendium redactum multisque verbis et dicendi formulis auctum* Halae 1772-83. VI. Voll. 8vo. mai. Auctor huius operis in hoc genere utilissimi est ADELVNGIUS noster, vir omni litterarum genere abundans.

4) In hoc genere excellunt

EDWARD LYE *Dictionarium Saxonico- et Gothico-latinum*. Edidit, nonnullis vocabulis auxit, plurimis exemplis illustravit et grammaticam utriusque linguae praemisit OWEN MANNING — Londini 1772. 2. Voll. fol.

Eduard Lye, qui iam anno huius seculi quadrage-simo tertio Franc. Iunii etymologicum Anglicanum edide.

ediderat, opus supra allegatum imprimendum dede-
rat, sed ante, quam absoluerebatur mortuus est auctor
anno 1767. Curam operis commendauerat amico
suo, Manningio, qui supplementa fecit, nouaque
toti operi adhibuit linam.

IOH. AB IHRE *Glossarium Sui Gothicum in quo tam
hodierno vnu, quam in legum patriarum tabulis aliis-
que medii aevi scriptis obvia explicantur et ex dia-
lectis cognatis illustrantur Vpſaliae 1776. fol.*

EIVSDEM *scripta versionem Vlpbilanam et lingvam
Moſo-Gothicam illuſtrantia, collecta et una cum aliis
scriptis ſimilis argumenti edita a BVISCHINGIO Berol-
ini 1773. 4to.*

GEORGE HICKES *linguarum veterum septentrionalium
thesaurus grammatico-criticus et Archaiologicus Oxo-
niae 1703 fol. III. Voll.*

Est praefantissimum in etymologicis et criticis rerum
Germanicarum et septentrionalium opus. Complecti-
tur. I. Institutiones grammaticae Anglo-Saxonicae et
Moesogothicae II. Institutiones Grammaticae Franco-
Theotiseae III. Grammaticae Islandicae rudimenta IV.
de linguarum veterum septentrionalium vnu, doctam
commentationem et V. Catalogum librorum veterum
septentrionalium.

Populares nostri hanc litteraturae Teutonicae partem et-
iam excoluerunt. Refero hic

IOH. SCHILTERI *Thesaurum Antiquitatum Teutonica-
rum T. I-III. Vlmae 1728. fol.*

IOH. GEORG. WACHTERI *Glossarium Germanicum
1737 fol.*

CHR. GOTTLÖB HALTAVS *Glossarium Germanicum
medii aevi Lips. 1758. fol.*

IOH. GEORGE SCHERTII *Glossarium Germanicum me-
diū aevi potissimum dialecti Suevicae edidit Oberlinius
Vol. I. Argent. 1781. Vol. II. 1785. fol.*

WIARDA *alfrisches Wörterbuch 1786. 8vo.*

Tandem etiam editores legum Teutonicarum in verbis
explanandis versati fuerunt, WENDELINVS, LINDE-
BROGIUS, PITHOEVIS, aliique, quorum catalogum
texuit SCHOTTVS V. ILL. ad Lipenii Bibl. Iurid. v.
Glossarium.

Opera

14 LIB. I. DE LEGIBVS GERMANORVM ANTIQVIS

Opera viri doctissimi, ADELVNGII, qui omnibus aliis
palnam praeripuit in illustranda lingua patria, recen-
sere vsumque adolescentibus demonstrare, scholis re-
seruo.

- 5) IOH. MABILLON *de re diplomatica* an. 1681. fol. opus
prodit, *Supplementa* 1704. fol. edit. nou. 1709. fol.
SCIPIO MAFFEI *Istoria diplomatica* Mantuae 1737. 4to.
CHR. HENR. ECCARD *Introductio in rem diplomaticam*
Ienae 1742. 4to.

DAN. EBERH. BARING *Clavis diplomatica Hannover-
iae* 1754.

IOH. CHR. GATTERER *Elementa artis diplomaticae
universalis* Vol. I. Gött. 1765. 4to.

WALTHERI *Lexicon diplomaticum* Gött. 1747. fol. et
Ulm 1756. fol.

Nouveau *Traité de Diplomatique par les Peres Bene-
dictins de la Congregation de St. Maure à Paris* 1750-65.
6. Vol. 4to. Versio huius operis praestantissimi prodit:
Neues Lehrgebäude der Diplomatik — überfertzt von
Adelung, Erfurth 1759-62. IX. Tomi 4to.

LE MOINE *Diplomaticque Pratique* Merz 1740. 4to.

Supplement à la diplomaticque Pratique de le Moine par
BATTENEAVX. Paris 1772. 4to.

DICTIONNAIRE de *Diplomatique par DE VAINES à
Paris* 1774. 2. Vol. 8vo.

Præter haec opera, insignem utilitatem in hoc studio prac-
stant CHRONICON GOTTWICENSE, ALSATIA DI-
PLOMATICÆ aliaque eius generis opera. Specimina VI.
iurisprudentiae diplomaticæ dedit PFEFFEL Argent.
1779.

- 6) MARQV. FREHERI *Directorium in Scriptores Historiae
Germanicae cum KOFLERI directorio chronologico-
diplomatico Norimbergæ* 1734. 4to. quod in edit. nou.
cura Hambergeri auctius prodit Gött. 1772. 4to.

IOH. IAC. RABE *Calendarium chronologicum et diplo-
maticum — Onoldi* 1735. 4to.

CHR. GOTTL. HALTAVS *Calendarium medii aevi prae-
cipue Germanicum.* Lips. 1729. 8vo.

L' ART de verifier les Dates — primum Parisis 1750. 4to.
dein cura F. CLEMENTIS 1770. fol. Huius operis
versio prodit hic Lipsiae.

IOH.

CAP. I. PRAECEPTA GENERALIA COMPLECTENS. 15

- IOH. HEINR. WASER. *Historisch-diplomaticisches Jahrzeithbuch zur Prüfung der Urkunden Zürich 1779.* fol.
- ANT. PILGRAM *Calendarium chronologicum medii potissimum aevi monumentis accommodatum — Wien 1781.* 4to.
- PHILIPP WILHELM GERKEN *Anmerkungen über die Siegel zum Nutzen der Diplomatik 1. u 2ter Th. 1786.* 8vo.
- Ad hunc locum etiam pertinent *Alphabetum Tironianum sive notas Tironis explicandi methodus cum pluribus Laudouici Pii chartis, quae iisdem exaratae sunt et hacenus ineditae ad historiam et iurisdictionem ecclesiasticam cum ciuilem pertinentibus labore et studio D. P. CARPENTIER O S B. Praepositi S. Onesimi Doncheriensis Lut. Paris. 1747.* fol.
- 7) cf. HERRMANN CONRING *de Origine Iuris Germanici 1643.* 4to. et saepius, Ienae 1719. et Opp. Tomo VI.
- CHR. GOTTF. HOFFMANN *Specimen conjecturarum de origine et natura legum Germanicarum Lips. 1715.* 4to.
- MENR. CHR. L. B. DE SENCKENBERG *Visiones diuersae de collectionibus legum Germanicarum — Lipsiae 1765.* 8vo.
- BVRCH. GOTTH. STRUV. *Historia Iuris — Ienae 1718.* 4to.
- IOH. AD. KOPP *Historia Iuris 1750.* 8vo. et cum Praef. ESTORIS 1768. 8vo.
- IOH. GOTTL. HEINECCII *Historia Iuris Civilis Romanici ac Germanici anecta observationibus RITTERI et SILEERRADII Argent. 1751. et 1765.* 8vo.
- EIVSD. *Antiquitatis Germanicae iurisprudentiam patriam illustrantes — Hafniae et Lips. 1772. et 1773.* III. Vol. 3. Tomus primus ad hunc locum pertinet.
- DE SELCHOW *Geschichte der Deutschland geltenden Rechte 8vo.*
- WALCH *Geschichte der in Deutschland geltenden Rechte. Iena 1780.*
- ZON. FISCHER. V. CL. *Entwurf einer Geschichte des deutschen Rechts. Leipzig. 1781.* 8vo.
- EIVSD *Litteratur des Germanischen Rechts. Leipzig. 1782.* 8vo.

CAPUT



CAPVT II.

HISTORIA IVRIS GERMANICI
IN GERMANIA LIBERA.

§. 6.

De forma ciuitatum Germanicarum.

Ciuitatum Germanicarum forma ad indolem gentis efficta et accommodata fuit, ut quilibet praeter ciuitatis commoda summa frueretur libertate¹⁾. Vis et potestas imperii ciuilis semper in principibus gentis resedit, quippe qui a prima gentis origine animus et robur ciuitatum Germanicarum habitu fuerunt²⁾. Forma autem modo regia, modo popularis placuit. Gentes, quae regnabantur, praecipuum honorem et auctoritatem regi quidem tribuebant, nec tamen ultra libertatem³⁾ in aliis autem multitudinis habenda erat ratio⁴⁾, optimates vero vtrumque regimen ita temperabant, ut quasi in medio constituti omnem regerent ex auctoritate regis, populique consensu ciuitatem⁵⁾. Regia tamen pedetentim eminere coepit potestas, a qua proximi erant ordines regni, tam sacri, quam ciuiles, quos tandem vniuersa multitudo ingenuorum sequebatur⁶⁾.

In omnibus germanorum populis duplex hominum ordo conspicitur, ingenuorum et seruorum. Ingenui quidem sibi erant pares, eminebant tamen alii diutius praediisque late patentibus, alii munieribus tam in exercitu quam in ciuitate et ecclesia, alii gratia regum ministeriisque in aula sub-

eun-

eundis; horum omnium praecipuae erant in curanda populi salute partes, inde dignatio quaedam accessit, quae ad posteritatem propagata, nouum eunque altiorem gradum ingenuitatis id est nobilitatem constituit⁷⁾ ita tamen, ut ordo ingeniorum semper esset et maneret seminarium nobilitatis⁸⁾. Serui apud Germanos personam semper habuerunt, ideoque in tota gente aestimanda in considerationem cadunt, quanquam nullum eorum in ciuitate regenda fuit momentum. Ex seruis autem processit libertinorum ordo, qui tamen ad plenam libertatem nunquam adscendit, sed medium gradum inter ingenuos et seruos obtinuit. Inde quatuor ordines apud Germanos paulatim totam gentem complecti coeperunt nobiles, ingenui, libertini et serui⁹⁾.

Negotia publica in conciliis populorum tractari solebant, in quibus regis ac procerum semper eminuit auctoritas, multitudo autem ad audiendum, cognoscendum simulque decernendum aderat, ut adeo totus populus in regimine ciuitatis vniuerso partes suas agere videretur.

1) TACITVS de situ, populis et moribus Germanorum ex editione Dithmar. Erf. 1725. 8vo. CONRINGII editionem ob loca ex operibus auctorum veterum ad illustrandum Tacitum congesta, adhibendam suaferim. Hunc Taciti libellum ad fontes rerum Germanicarum refero, iustas iam dedit vindicias ARNDTIVS V. CL.

2) CONRING de ciubus imperii §. 15-20.

3) TACIT. de Mor. Germ. cap. 7. cap. 43. et 44. Eburonum, gentis Germanicae cisrhennanae rex Ambiorix apud CAESAREM de Bello Gall. cap. V. profitet: sua esse imperia eiusmodi, ut non minus haberet in se iuris multitudinem, quam ipse in multitudinem.

18 LIB. I. DE LEGIBVS GERMANORVM ANTIQVIS

- 4) TACIT. *de Mor. Germ.* cap. 16.
- 5) TACIT cap ii. ait: *de minoribus rebus Principes consulant, de maioribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes praetraeuntur; et alio loco: regibus non infinita aut libera potestas.*
- 6) HERTIVS *in noticia veteris Germaniae populorum Opus* Vol. II. num. I. GEBÄVERVS *in vestigiis iuris Germanici apud Tacitum obiūs Gött.* 1766. 8vo. plura dabunt.
- 7) TACITVS cap. 23 ait: *insignis nobilitas aut magna patrum merita Principis dignationem etiam adolescentilis adsignant.*
- 8) De origine et progressu nobilitatis dixerunt:
 - ANT. MATTHAEI *de nobilitate* — Amstelodami 1683. 4to.
 - IAC. VAN HASSELT *notae et observationes ad A. Matthaei libros IV. de nobilitate Trai. ad Rhenum* 1780. 4to.
 - CRAMER *de iuribus atque privilegiis nobilitatis auratae,* Lips. 1739. et rec. 1780. 4to.
 - RICCIUS *vom landfassigen Adel in Deutschland.* Nürnberg 1755. 4to.
 - SCHEIDT. *vom hohen und niedern Adel Deutschlands,* Hannover 1754. 4to.
 - STRVBEN *de origine nobilitatis Germanicae.* Iena 1745. rec. tractatio.
 - IDEDEM *von den Ursprung und Vorrechten des alten niedern deutschen Adels.* Hor. Subsc. T. III. num. XXI, et T. IV. num. XXIX.
 - Vom Geschlechts Adel und dessen Erneuerung.* Lips. 1778. 8vo.
 - Nachricht von einigen Häusern des Geschlechts der von Schlieffen oder Schlieben vor Alters Stiwin oder Schliwingen.* Cassel 1784. 4to. vbi p. 5. seqq. tractatur: *von der Bischiffenheit des deutschen Adels in alten und mittlern Zeiten,*
 - 9) HEINECCIVS *Antiqu. Germ.* T. II. late de his ordinibus exposuit.

§. 7.

§. 7.

De feudis eorumque iure libera Germania.

Post statum Germaniae publicum formam-
que ciuitatis iura feudorum cognoscenda erunt.
Mox erat apud Germanos, vt ditiores sibi elige-
rent comites¹⁾, quibus equum et arma et epu-
las dabant, vt seruitia bellica praeflarent²⁾. Ap-
pellabantur hi comites, Soldurii, Ambacti clien-
tesue, atque deuoti; praecipuum sacramentum
erat, vt militarent dominumque in periculo et
acie tuerentur vita aeo ac sanguine³⁾. Viacu-
lum hoc militiae proprio fidelitatis iure regebatur
quidem, pleraque tamen ab initio pactis videntur
fuisse definita, vt origines feudorum antiquissi-
mae et prima iuris feudalnis stamina hic quidem
deprehendantur, ipsa tamen feuda feudorum que
iura ac leges serius inualuisse simul pateat. Prae-
dia feudalia et equestria non quidem adsunt, ad-
sunt tamen fidelitas sacramento promissa, serui-
tia bellica, quod autem ex praediis posterior
aetas cepit, armaturam et alimenta, id hac tem-
pestate praefstat dominus⁴⁾.

- 1) TACIT. *de Mor. Germ. cap. 13. et 14.* CAESAR *de Bello Gall. Lib. III. c. 2.* VAL. MAXIMVS *Lib. II. c. 6.*
- 2) TACITVS ait: *exigunt enim Principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulæ et quanquam incompti largi ramen apparatus pro stipendio cedunt.*
- 3) TACITVS: *cum ventum in aciem turpe Principi virtute vincit, turpe comitatui virtutem Principis non adaequa-re. Nam vero infame in omnem vitam ac probrosum super-*
B 2

superstitem Principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, rueri, sua quoque fortia facta gloriae eius adsignare praecepit sacramentum est. Principes pro victoria pugnant, comites pro Principe. AMMIANVS MARCELLINVS Lib. XVI. c. 12. exemplum affert; Quibus visis, inquit, compulsus (Rex) ad ultimas metus ultro se dedit solus egressus comitesque eius numero ducenti et tres, amici iunctissimi, flagitium arbitrati post regem viuere vel pro rege non mori, si tulerit causas, tradidere se vincendos.

- 4) Praeter GEBÄVERVM in vestigiis iuris Germanici ad Tacitum, de Solduriis optime exposuit PETER ANCHERSEN Opusc. p. 145. 422. Feudorum origines inde esse repetandas demonstravit SPENERVS in primitis obseruationum historico-fendalium Obs. I.

§. 8.

De iure priuato scripto et non scripto legibusque familiarum illustrium.

Adoleuerunt paulatim iura Germanorum priuata, neque ex vniuersa hominis natura praecoptisque legum diuinarum hausta atque expressa, sed ex indole gentis nata et ex forma ciuitatis constituta fuerunt. Ab initio quidem paucae nec scriptis comprehensae erant, ad tempora tamen et ciuitatem accommodatae leges. Commodo diuidi possunt in scriptas et non scriptas, illae quidem auctoritate populi vniuersi conditae, communem ciuitatis sponzionem continere videbantur, hae autem sponte nasciebantur, vt in populo rudi et libero fieri solet. Ad legem condam totius populi consensu opus erat. Germanus enim legi non paret, nisi a se latae aut approbatae, quod per plura secula in nostra gente obti-

obtinuit¹⁾). Germani vero in plures populos diuisi, non vnam legum ferendarum potestatem exercebant, sed quilibet populus in se legum ferendarum potestatem habuit, sibique iura constituit; inde factum est, ut tot legum patriarum formae existerent, quot populi, licet saepius in praecipuis capitibus congruerent²⁾.

Sed praeter ius constitutum, multae consuetudines inualuerunt. Ea enim iuris civilis capit¹, que magis ad priuatorum, quam totius populi salutem pertinere videbantur, pactis definiri solebant, quem quidem primum fonte in consuetudinum statuo, deinde plures etiam ex usu et auctoritate iudiciorum paulatim receptae fuerunt, ut maxima iuris antiquissimi pars consuetudinibus constaret³⁾.

Propriam iuris speciem iam apud veteres Germanos mihi deprehendere vifus sum, quod singulae familiae et societas in se ex autonomia constituerent solebant. Libertas Germanorum, ciuitatum forma, familiarumque iura id non solum innuunt, sed apparent etiam vestigia iurium particularium in antiquissimis Germanorum legibus⁴⁾ ut ipsas origines ab his temporibus repete non dubitem. Itaque vniuersitatem ius Germanorum, in primis priuatum ex triplici fonte manat, ex legibus latis usu iudiciorum ad posteritat in propagatis; ex moribus maiorum, qui in primis consuetudinibus constabant; ex partibus familiarum, quae sibi suaeque saluti hoc modo consulebant.

- 1) Loca plura collegi in opere: Bestimmung der Kaiserlichen Machtvollkommenheit in der deutschen Reichsregierung P. L. §. 37. add. HAVSCHILD Gerichtsverfassung der Deutschen p. 101. ION. FISCHER V. CL. Entwurf einer Geschichte des deutschen Rechts §. 6.
- 2) Exemplum affert TACITVS de Mor. Germ. cap. 17.
- 3) DE WESTPHALEN in Praef. T. III. Rer. Cimbr. p. 59. de consuetudinibus Germanorum ita iudicat: equidem multas veterum consuetudines antea non scriptas sensus conspexeris redactas in codices legum et statutorum, tantum tamen abest, ut omnes unquam in litteras vel legum codices relatae sint, ut porius plures reperiantur olim, et restent etiam nunc, non legali scriptura sed usu conspicuae in terris, ciuitatibus, praefecturis et pagis. Tres itaque veterum consuetudinum Cimbricarum classes constitutim, primam earum, quae apud Cimbros, Anglos, Saxones at antiquo iure obtinuerunt longe diutius antequam demissi in leges et constitutiones hodie valentes conscriptae sunt. Alteram earum, quae unquam in eis leges relatae vel expressae comparant, olim tamen viguerunt, sed bodie abrogatae sunt vel lego vel desuetudine extinctae. Tertiam denique barum, quae etiam nunc florent, usu territoriali seu sanctione non scripta valentes, non promulgatae quidem, nec legibus feripeis insertae.
- 4) LEX SALICA Tit. L.

§. 9.

De iure criminali veterum Germanorum.

Ad internam securitatem stabiliendam leges poenales mox ab initio in ciuitatibus Germanorum adfuerunt, et quanquam non omnia ex certo ac stabili principio deduci possunt, sed constituta fuere prout necessitas, aut utilitas, aut temporum morumque ratio suadebat, quaedam tamen in hoc genere principia poenarum et definiendarum et distribuendarum obseruata reperio¹⁾.

Pri-

Primum quidem et antiquissimum legum criminalium caput de sanctitate dominii praecepisse videtur, indeque furtum, incendiam, rapina in grauissimis semper posita fuere delictis; deinde omnia referre solebant ad virtutem bellicam, ex quo efficiebatur, ut qui ignauiam proderet, maximum crimen committere crederetur; tum securitatis domesticae atque ciuilis etiam habita fuit ratio, ut domus cuique sanetissimum esset receptaculum, ex quo nouae manarunt sanctiones; post multa referri solebant ad probitatem et pudicitiam, quam maiores nostri in primis tueri cupiebant²); tandem etiam religio christiana magnam vim in leges criminales habere coepit³), neque mutatae solum fuerunt pristinorum delictorum rationes, sed noua adeo delicta ex praecceptis religionis christiana et opinione ecclesiae statuta fuerunt.

Bello aliquem facessere et aperto Marte petere, non tam ad rem publicam pertinere, quam ad libertatem et virtutem spectare videbatur, iactura autem familiae per caedem illata reparanda erat, ut ne discordia inter duas familiis maximo ciuitatis detimento exardesceret⁴). Tandem etiam iura Romanorum vim in iura Germanorum criminalia haberunt, ut haec iuris patrii portio paulatim nouam indueret formam nec tamen exueret barbariem, donec nostra memoria rubeginem abstergere et pleraque in meliore loco collidere coepit.

²⁾ TACITVS cap. XII. ait: *distinctio poenarum ex delicto, proditores et trans fugas arboribus suspendunt, ignauos*

- et imbellis et corpore infames coeno ac palude, inecta
insuper crate, mergant. Diversitas supplicii illuc re-
spicit, tanquam sceleris ostendi oporteat, dum puniun-
tur, flagitia abscondi, sed et leuioribus delictis pro modo
poenarum, equorum pecorumque numero conuicti mul-
tantur. Pars multae regi vel ciuitati, pars ipsi, qui
vindicatur vel propinquis eius exsolutur.
- 2) cf. FR. AVGUST LEO diff. ME PRAESIDE, de legum
criminalium Saxoniarum antiquarum et medii aeu*i*
ingenio. Lips. 1786. habita
- 3) LEX FRISIONVM Tit. I. §. 1. hac de re quaedam sancit et
WVLEMARVS in Addit. praecepit: homo feudosus pacem
babeat in ecclesia, in domo sua, ad ecclesiam eundo,
de ecclesia redeundo, ad placitum eundo, de placito re-
deundo, qui hanc pacem effregerit et hominem occiderit,
nouies XXX. solidos componat.
- 4) TACIT. cap. 21. ait: luitur homicidium certo armorum
ac pecorum numero, recipitur satisfactionem vniuersa
domus viriliter in publicum, quia periculosiores sunt
inimicitiae iuxta libertatem,

§. 10.
De iudiciis veterum Germanorum.

Iudicia maximam libertatis partem contine-
re visa fuerunt maioribus nostris, iudicari sed
non cogi volebant. Quamobrem non solum
principium fuit constitutum, ut quilibet a Pare
suo aut superioris dignitatis viro iudicaretur, sed
legebantur etiam iudices ex vniuerso populo ca-
nitie et experientia venerabiles, qui auctoritate
populi regisue iussu iuri dicundo inter Pares ope-
ram darent¹). Tota autem populi concio in
solenni iudicio praesens de ipfa re simul iudicare,
consensumque praebere solebat²). In cauissi-
priuatis quilibet pagus controversias definiebat,
sed criminum publicorum et capitalium cognitio
ad

ad concilium populi regemque spectabat ³⁾, vnde postea inualuit principium penes totam ciuitatem eiusus caput esse bannum sanguinis. Aliae tamen erant in bello leges, de quibus dicere non necesse est ⁴⁾.

Modus autem disceptandi caussas tam ciuiles quam criminales, magis ex arbitrio iudicantium et consuetudine, quam exulta iudiciorum lege constitutus fuit; in vniuersum receptum erat, vt iudicia sub dio certis ac signatis locis statisque temporibus haberentur, donec paulatim posterior actas vnum alterumque constituit, quod ad pristinam iudiciorum formam emendandam pertinere videbatur. Sed de his aliisque infra.

- 1) De hoc principio, quod late manat per vniuersum ius Germanicum ex pluribus, qui illud illustrare studuerunt, nomino duumuiros:

FR. WALCHIVM V. CL. de *testis reo paris praeflantia ex iure Germanico liber singularis* Ienae 1756. 800. et DREYERVM P. III. *Sammlungen vermischter Abhandlungen* num. I. vbi *commentatio von den Wirkungen der Genossenschaft, Comparitt, Ebenhrtigkeit oder Standes- und Geburthsgleichheit nach deutschen Rechten.*

- 2) De hoc ritu plura dixi in DISS. de *iurisdictione ordinaria et exempta*. 1777.
- 3) TACITVS cap. 12. licet apud concilium accusare quoque et discribens capitum intendere.

4) IVL. CAESAR Lib. 17. cap. 23 TACITVS de *Moribus Germ.* cap. 7. sibi contradicere videntur, vtrumque locum in scholis illustrabo. Add. LAVRENTII *Abhandlung von den Kriegsgerichten der alten Deutschen — Gorba* 1753. 800. METTINGH *Status militiae Germanorum veteris et medii anni* 1764. 410.

§. II.

De modo prodendi iura ad posteritatem.

Iura Germanorum tam scripta, quam non scripta vſu iudiciorum et populi memoria ad posteritatem propagata fuerunt, vt totum ius traditionibus et moribus maiorum constaret ¹⁾). Celebrantur quidem Druidum carmina, nec tamen auctoritate publica dicuntur suisſe scripta, ideoque propriam traditionum speciem, non scripta iura constituant ²⁾). Ius incertum atque instabile ſemper eſt, quod consuetudine regitur, itaque primum Germanorum opus fuit, postquam litteras didicerant, vt leges moresque in scripturam redigerent.

In componendis codicibus viri legum et consuetudinum patriarum peritissimi auctoritate regis et consensu populi conſtituebantur, qui ex iuribus receptis corpus legum conficerent, quod iudicibus in definiendis cauſis normam praeberebant ³⁾). Seculo V. initium legum scribendarum demum factum fuit, ſed ipſae ſanctiones his legibus comprehensa ab antiquissimis temporibus manare videntur ⁴⁾). Praecipua duntaxat iura talis liber complectebatur, multae igitur ſupererant consuetudines praeter ius scriptum, partim ex pristino tempore ſuperſlites, partim poſteā enatae, vt omnes Germanorum ciuitates, etiam poſt leges conſcriptas, iure tam scripto, quam non scripto regerentur. Quamobrem ſaepe commemorantur iura Francorum aliorumque populo-

pulorum, quae frustra in codicibus legum quaefueris⁵).

- 1) PAVL. DIACONVS de gestis Langobard. Lib. IV. cap. 42.
ait: Rotharis Rex Langobardorum leges, quas sola memoria et usu retinebant, scriptorum serie composuit.
- 2) LVD. CRELL progr. de primitiis legum poeticis anti-quissimo genere carminum Witt. 1725. TACITVS Germ.
cap. I Haec carmina regnante Carolo M. exstitisse inde patet, quia secundum EGINHARDVM in vita Caroli c. 29. barbara et antiquissima carmina, quibus veterum Regum actus et bella cantantur, scripsit memoriaeque mandauit, sed omnia periisse constat. Apud alias gentes eundem morem fuisse in primis apud septentrionales, monuit IHRE Gloss. Suegothico. v. Baſt. et Rim, sed bariolatur OLAVS RVDBECKIVS in Atlantica, qui talium carminum ex monumentis suis centurias se editurum minatur.
- 3) LEX BALVVARIORVM Praef. haec refert: Theodoricus Rex Francorum, cum esset Cathalaunis, elegit viros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis eruditæ erant; ipso autem dictante iussit conscribere Legem Francorum et Alamannorum et Baiuvariorum, uniuersaque genti, quae in eius potestate erat, secundum consuetudinem suam. Addidit quae addenda erant, et improuisa et incomposita renovavit, et quae erant secundum consuetudinem paganorum, mutauit secundum Legem Christianorum. Et quidquid Theodoricus Rex propter veriusissimam paganorum consuetudinem emendare non potuit, poslaec Childebertus Rex inchoauit, sed Chlotarius Rex glorioſissimus per viros illustres Claudium, Chadoin, Indomagum et Agilulfum renovavit, et omnia veterum legum in melius transfluit, et uniuersaque genti scripta tradidit, quae usque hodie perseuerant. Hoc decretum est apud regem et principes eius et apud cunctum populum Christianum, qui infra regnum Merowingorum confinante.

CAROLVS M. Capitul. Aquicgr. an. 789. apud BALVZIUM
T. I. p. 234. primum, inquit, iudici diligenter discutienda est lex, a sapientibus populo composta, ne per ignorantiam a via veritatis aberret.

¶ THAS.



- 4) THASSILO, DVX BAIUVARIORVM, apud GEORGISCH Corp. Iur Germ. Ant. p. 325. decretum facturus, collegium procerum coadunavit — insuper gentis suae institutiones legum per primates imperii, uniuersa consenserunt multitudine, quae reperit diuturnitate visitata et quae videbantur abstrahenda, euelleret et quae decretis placent componenda instrueret. Leges WIHTRAEDI apud WILKINSIVM in LL. Anglo-Saxonis p. 10. ita: congregatum fuit optimorum procerum concilium — et loquebantur omnes ecclesiastici ordinis dignitates unanimiter cum populo sibi subiecto. Ibi optimates illi omnium assensu haec fecerunt iudicia et iustis Cantuariorum institutis adiunxerunt.
- 5) Exempla assert HALTAWS in Gloss. col. 482. DREYER de usu genuino iuris Anglo-Saxonici in explicando iure Cimbrico et Saxonico p 79. SENKENBERG Vision. de Colle& Et. Leg. Germ. cap 1. §. 10. WALCH Geschicht der in Deutschland geltenden Rechte p. 366. §. 3. ION. FISCHER Geschichte des deutschen Rechts §. 8. et 9.

§. 12.

De legibus Germanorum extra Germaniam in prouinciis Romanorum subactis uniuersim.

Germani cum Romanis populisque subactis leniter agere, iisque in ciuitatem receptis propria iura permettere solebant. Totius tamen ciuitatis regimen penes populum vietorem erat, qui leges suas, tam publicas quam priuatas, ciuitati inferebat. Romani quidem vtebantur suis legibus, mox tamen incertitudo iurium et perturbatio inde oriebatur, quia Germani iudices harum legum peritia carebant. Itaque ut consulteretur ciuitati, reges Germanorum componere solebant ex pristinis Romanorum legibus codices, qui maiore breuitate et perspicuitate praef-

praediti et ad rudem iudicem instruendum accommodati videbantur, quamvis plerumque hæc legis latio infeliciter processerit. Atque eatenus legum Romanarum historia ad nostrum locum necessario pertinet. Cum ipsi etiam Germani intellegent rem publicam sine lege certaflare non posse, consilium legum ex pristinis moribus scribendarum inierunt, ut solum Romanum etiam legum Germanicarum ferax videretur. Didicerant tamen interim iura Romana, ideoque salutare existimabant sanctiones peregrinas legibus inserere suis, quam ob rem in his legibus bene secernendum, quid Germanum, quid Romanum sit, quod utriusque iuris peritum fuge-re non potest.

In vniuersum tres legum antiquissimarum familias constituo, una earum est, quae a regibus Francorum conditae propriam retinuerunt naturam, colore tamen legum peregrinarum suffuso; altera ex septentrione processit, primamque et genuinam legum patriarcharum indolem seruauit, longe lateque diffusa; tertia autem in solo Romano fixit sedes ideoque coelum peregrinum spirat, naturam quidem seruauit suam, ita tamen ut ex diurna commoratione commixtio euitari non posset. Quae quidem nunc accuratius et distinctius persequar.

CAPVT III.

DE

CORPORIBVS LEGVM GERMANICARVM
INDE A SECVLLO V. COMPOSITIS.

SECTIO I.

DE LEGIBVS INTRA FINES GERMANIAE
AVCTORITATE REGVM FRANCORVM CONDITIS,
DE LEGE SALICA, RIPVARIA, ALEMANNORVM
ET BAIUVARIORVM.

I. DE LEGE SALICA.

§. 13.

Historia Legis Salicae.

Antiquissimus iurium codex in scripturam redactus est **LEX SALICA**. Tempus quidem, quo prima eius editio seu compositio facta fuit, certo definiri nequit, circa annum **cxcxi**, electionemque Pharamundi, Francorum regis, conditus videtur, populus enim Salicus regem sibi creare constituerat, exemplo, ni fallor aliorum populorum, qui iam in Gallia et Hispania sedes fixerant. Quamobrem legem condere placuit, ut ne libertas populi periclitaretur et potestas regis in iure dicundo limitibus circumscriberetur¹⁾. Reges et enim Francorum ab initio regni praesitio sacramento spondebant, se ex formula regni quemque in iure suo tuituros, neque quicquam innouaturos²⁾.

Quatuor itaque viri auctoritate populi universi constituti fuerunt, qui ex traditionibus morib

busque maiorum optima quaeque in codicem colligerent. Ter in pleno populi consensu ipsas sanctiones popularibus suis examinandas proposuerunt, ut omnium consensu approbaretur, quod ad omnes aequaliter pertinebat³).

Lingua vernacula in conscribendis legibus usos fuisse mihi verisimile, quid? quod certum videtur ex rationibus temporum, ut populus uniusversus eas legere et intelligere posset⁴). Accommodatus erat priscus ille codex ad religionem patrum nostrorum, quare post receptam religionem christianam regnante Clodoueo principia religionis ethnicae extirpanda et ex codice legum euellenda erant. Quam ob rem pristinae legis *avana* per clericos auctoritate Clodouei facta fuit repurgatusque codex, ut ne quid, quod religioni christiana aduersari videbatur, supereret, an vero id in singulis partibus consecuti fuerunt, nunc non disquiro; deinde linguam latinam, in ecclesia receptam, in ciuilibus negotiis introduxerunt ideoque versionem legum Francicarum latinam eumque iuris codicem, qui exstat, fecerunt⁵). Imperitus autem aut latinae aut vernaculae linguae fuisse videtur, qui versionem consecit, inferuit itaque ex pristinis legibus verba Teutonica, ut sensum redderet clariorem, quas hodie **GLOSSAS MALBERGICAS** vocamus⁶).

I) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS apud PISTORIVM in SS. Rev. Germ. T. I. p. 493. legem Salicam anno CCCCXII. fuisse conditam memoriae prodidit, id quo *Gesta Francorum cap. IV.* his verbis confirmant: *tunc defuncto Sunnone et accepto consilio in unum primatum eorum*.

eorum unum baberi Principem, petierunt consilium Marchomiro, ut Regem unum haberent, sicut et ceterae gentes. At ille dedit eis consilium, et elegerunt Faramundum filium ipsius Marchomiri, et leuauerunt eum super se Regem crinitum. Tunc et legem habere coepierunt, quam consiliarii eorum priores gentiles bis nominibus, *Wisowast*, *Wisogast*, *Aragast* es *Salegast* in villabus Germaniae, id sunt *Bodeheim*, *Saleheim* et *Wideheim* tractauerunt.

WACHTERI opinionem, quam dixit in *Glossario V. Salrecht*; *GVNDLINGII P. III. Gundl. p. 261. aliorumque in scholis discussiam.*

- 2) GREGORIVS TVRONENSIS Lib. IX. cap. 31. ait: *post mortem vero Clotarii regis, Chariberto regi populus hic sacramentum dedit, similiter etiam et ille sacramento promisit, ut leges consuetudinesque nouas populo non infligeret.*

- 3) PROLOGVS LEGIS SALICAE historiam ita refert: *Gens Francorum inclita, auctore Deo condita, fortis in armis, firma pacis foedere, profunda in consilio, corpore incolmis, candore et forma egregia, audax, velox et aspera, nuper ad catholicam fidem conuersa, immunis ab heresi, dum adhuc teneretur barbarie, inspirante Deo inquirens scientiae clauem, iuxta morem suarum qualitatum desiderans iustitiam, custodient pietatem, dilataverunt — Salicam Legem proceres ipsius gentis, qui tunc temporis apud eandem erant rectores. Sunt autem electi de pluribus viri quatuor, bis nominibus, *Wisogast*, *Bodogast*, *Salogast*, et *Windogast*, in locis quibus nomen *Salagheue*, *Bodogheue*, et *Windogheue*. Qui per tres malos conuenientes, omnes caussarum origines sollicitate discurrendo, tractantes de singulis iudiciis decreuerunt hoc modo. At ubi Deo fauente Clodouenus comatus et pulcher, et inclitus Rex Francorum primus recepit catholicorum baptismum, quidquid minus in pacto habebatur idoneum per praecelsos Reges Clodouenum et Childebertum et Flotarium fuit lucidius emendatum, et procuratum decretum hoc. Eadem repetit OTTO PRISINGENSIS in Chronico Lib. IV. cap. 32. Fidem isti prologo esse habendam equidem nullus dubito, ipsa tamen narratio satis declarat prologum ipsa lege esse recentiorem et seculo VI. circiter post Clotarium, cuius*

cuius mentio sit, consecutum. Caroli M. itaque aliorumque merita in legem Salicam silentio praetermissa auctorem produnt Carolo M. antiquiorem,

- 4) Hanc opinionem tueruntur *TILIVS de rebus Galliae p. 8.*
DREYER *de r̄su genuino iuris Anglo-Sax. p. 223.*
SILBERRAADT *ad Heinecii historiam iuris p. 665.*
FISCHER *Litteratur des deutschen Rechts §. 17.* Sed WIESAND V. CL. in *diss. de origine et natura legis Salicæ §. 10-12.* mox ab initio lingua latina confermatam fuisse contendit legem Salicam, quod etiam ECCARDVS aliquie statuunt.
- 5) Hanc legis Salicae emendationem iam ex prologo legis intelleximus. Ipsa LEX SALICA Tit. LVIII. sanctionem afferat ex ANTIQVA LEGE; ECCARDVS quidem ait hanc legem esse *titulum XVII.* ipsius legis Salicæ, sanctionem hoc titulo contineri verum quidem est, at equidem puto antiquam legem esse primam et antiquissimam Francorum legislationem, insertam quidem titulo legis XVII. ita tamen auctor titulo LVIII. non ad illum locum, sed ad primum codicem respiciat.
Eiecta quidem fuere, quae ad superstitionem antiquam spectare videbantur, remansere tamen quaedam vestigia Tit. II. cap. 18. et 19. quanquam hic locus secundum HOFFMANNVM obseru. iur. germ. lib. I. cap. 5. alias admittit explicationem. Certe quae Tit. LXVII. cap. 3. leguntur: *si fr̄ia hominem comedenter — ex pristina superstitione repetenda sunt, id quod ex CAPITVLARI de Part. Sax. cap. 5. clarissime pater.*
Explicatio *tituli L.* ex repetita legis Salicæ prælectione petenda est. Clodoueus enim regni Francici fines usque ad Ligerim protulit, ideoque euanescunt, quas sibi finxere interpres in hoc loco difficultates.
- 6) MALBERG seu vt*i Leg. Sal Tit. LVII. c. 4.* MALBERGIVM appellatur, grammatica significacione est collis ad rem aliquam significandam factus designatus, Germani enim locum arbore proceræ et annosa, colle aut factio aut nato, monteue illustrem, vel signo erecto conspicuum sibi eligeant, ad quem negotiorum agendorum causa coirent. Inde MALBERG est locus iudiciorum habendorum causa auctoritate populi electus, idemque veteribus fuit, quod nouis legibus saepè appellatur MAL-
STATTA

STATT de quo verbo WACHTERVS dixit. SPELMANNVS ex lege Scotica locum afferit: *dominus rex distribuit totam terram regni Scotiae hominibus suis et nihil sibi retinuit in proprietate, nisi regiam dignitatem et montem placiti in villa de Sconna.* SKENAEVS cap. I. § 2. ibi notat: *montem rex intelligit, ubi placita vel curiae regiae de placitis et querelis subditorum solent teneri, ubi Barones eamparent ac homogium et alia debita seruitia offerunt et vulgo omnis terra, nobis gemeine Landschaft, vocatur, quia ex terrae mole et congerie exaedificatur, quam regni Barones aliquae subdiri ibi comparentes, vel coronandi Regis causa, vel ad comitia publica vel ad causas agendas et dicendas coram rege in unum quasi cumulum et monticulum conferabant.*

In ipso legis Salicæ textu saepius reperiri verbum MALBERG constat, nos hodie per GLOSSAS MALBERGICAS interpretamur; ECCARDVS ad legem Salicam p. 14. ubi antem, inquit, *in lege nostra vocibus barbaris vocabulum Malberg praeponitur, hoc indicat in Maibergo siue iudicio, pro quo Malbergii vox infra Tit. LVII. leg. 4. usurpata est, voces legis latinæ talibus Germanicis expressæ fuisse.* Glossæ enim sunt, quæ primo textui superscriptæ, deinde vero a scriba indeo in ipsum contextum relatae et corruptissime exaratae fuerunt. HOFFMANNVS obseru. iur. germ. cap. I putat ab antiqua sed indeota manu glossas Germanicas verbis latinis insertas fuisse, ut prodestinent imperitis et linguae, qua lex scripta est, ignaris. Mihi alia sedet opinio. Primum non dixerim gl. ssas nec scholia, quippe quæ notio interpretem ponit plane disversum a legislatore, nec puto primo textui superscripta fuisse haec verba et ab imperito in textum relata, quippe omnes codices in ipso textu haec verba referunt, et tota explicatio ex critica legum latinarum ad hunc locum applicata fuit.

MALBERG in textu latino, qui regnante Clodoueo confectus fuit, indicat priscam legis Salicæ editionem initio seculi V. lingua vernacula conscriptam. Quae enim verba ille auctor codicis latini aut paraphrasi expresserat aut verbis latinis apte reddere non poterat, ipsi

Ipsi textui latino inserebat, nota adiecta **MALB**: quo significaret, in antiqua lege tribus maliis condita verbum tale reperi. Quo verbo pristinum codicem legum Salicarum expreſſerint Franci, definire non audeo, legem Salicam a Clodouei aeuo demum fuisse appellatam persuafſimus sum. Itaque ut rem breui complectar, quas appellamus glossas Malbergicas, sunt verba ex prima et antiqua lege textui latino mox ab initio explicationis et perspicuitatis cauſa inserta aut potius ex ipſa lege, quam populus et iudices latinae linguae imperiti ad manum habebant, retenta.

Haec scriperam et plures iam docueram in scholis meis, cum nancicerer **CANCIANI** leges antiquas Barbarorum Vol. II. vbi in monito legi Salicae praemissa p. 4. de tempore, quo lex Salica fertur condita dixerit auctor nihil tamen definiendo, sed. p. 5. arbitror, inquit, **Francos** antequam legem latine conscriptam haberent, aliam antiquorem Francicam habuisse, sive haec scripta fuerit, sive tantum memoriae tradita et legem ipsam appellatam fuisse **MALBERG** atque ad eam prouocari in omnibus textus latini locis, in quibus **MALBERG** allegatur; et p. 6. pergit: haec quidem hucusque non infimo fundamento nituntur, sed in obscuriore argumento liceat mihi et conjecturis indulgere. Suspicio namque Malbergici hisco vocibus parallelas leges, quae prius Francica lingua traditae fuerant, initialia earundem verba in codice latine scripto allegatas fuisse. Quam profecto allegandi methodum sequioribus aenis ultrafissimam ipsa commendat natura rei praesertim dum leges ipsae numeris aut titulis sigillatim distinctae non effent, per quos possent allegari. Inde vero clare intelligitur cur una aut duae voces Malbergicae tantum singulis in legibus allegentur, ut scilicet per illas, vii per initialia verba indicentur, que prius recolabatur parallela Francica stropha. Allegauit verba ut legentes examen mecum instituere possent. Equidem non puto prisa allegari legum carmina, quippe haec plane incerta sunt, porro etiam verba initialia legum his verbis significari nego, quia non ab initio legis sed in lege media allegari solent, ut taceam hanc allegandi rationem ex interpretatione iuris Romani et Canonici natam pra-

postere ad rudem Francorum aetatem applicari, tandem MALBERG significat quidem primum iuris Francici codicem, sed an hoc proprium et primum codicis nomen fuerit idque interpres reddiderit LEGEM SALICAM valde dubito. Malberg seu Malbergium interdum dicitur Landeuua, Lando efa, Landoueuas velutι Tit. XIX. c. 1. Tit. XX. c. 1. Tit. XXI. c. 1. Tit. XXXI. c. 2 et 4. quod verbum per se claret, legemque terrae exprimit, idem verbo Malberg significari palam est, sed vnde? et quo modo? cum Berg nullibi legem significat? Evidem hanc, quam tamen nemini obtrudo, foueo opinionem, primum scilicet legum Salicarum codicem appellatum fuisse Malbuch id est *Gerichtsbuch*, librum iudicum, quippe non confectus solum fuit in triplici iudiciorum sessione, sed ibidem etiam asseruatus inque decisionibus caussarum adhibitus. Codices enim legum appellari libros iudicium, non solum ex historia aliarum legum intelligitur, sed in medio aevo tralatitium est. At enim, vnde Malberg? dicam quod sentio. In textu latino auctor scripsit MALB. id quod in omnibus fere locis cernitur, scriba id interpretatus fuisse videtur per MALBERG. cumque intelligeret hoc verbo non codicem legum, sed locum iudicij exprimi, interpretationem addidit per verbum: Landesfua, vt quem inuixerat errorem, mox corrigeret. Pauca enim sunt loca, quibus totum verbum Malberg exprimitur.

At vnde inscriptio latina LEX SALICA? audi me beneule. Hanc ex tempore Clodouci repetendam duco, interpres codicis Francici ad exemplum legis Romanae, cuius iam tunc apud Francoos usus erat, hanc ipsam dixit Salicam, vt a gente, cuius propria erat, nomen fortiretur. Mos enim Germanorum fuit, vt codicem legum fuarum dicent LEXEM, EVAM, ex quo autem plures in eadem gente inualuerunt leges, cuiilibet nomen datum fuit a gente, inde lex Romana. lex Salica, appellari coepit Itaque Malbuch et Landesfua seu Euam primum anno CCCCXXII. confectionum legum Salicarum codicem appellatum fuisse, eumque per verbum Malb. significari, regnante Clodoweo autem codicem legum Salicarum repetitae praelectionis dictum fuisse legem Sali-

Salicam, ut a Romana distingueretur, mihi saltim probabile videtur. Caeterum de toto opere, quod Italus Venetusue edendis maiorum nostrorum legibus incepit hoc loco iudicare nolo, nec tamen celare possum, praeter rhapsodia, nullam huic labori inesse laudem, atque ipse auctor Vol. II. p. 291. fatetur: *in legalibus studiis atque in barbaricis antiquitatibus infra mediocritatem versatus sum.*

§. 14.

*Vlterior legis Salicae historia eiusque vſus
in foro.*

Itaque Lex Salica condita primum fuit in eunte seculo V. eodem exeunte in latinam lin- guam versio et iterata editio facta fuit, multae tamen mutations pedetentim accesserunt¹⁾. Primum quidem Reges Francorum et Imperatores derogando, obrogando et surrogando pristinae legi noua plane sanxerunt capita Capitularibus Regum Francorum comprehensiā²⁾, deinde ipsi legi nouae sanctiones additae et auctoritate populi insertae fuerunt³⁾, partim ex moribus populi prima et antiquissima lege non comprehensis, partim ex decretis et canonibus conciliorum, partim ex iure Romano⁴⁾. Inclaruerunt in emendanda lege CHILDEBERTVS, CLOTA- RIVS et in primis CAROLVS M.⁵⁾. Atque inde varietas editionum et lectionum dijudicari debet.

Fuit autem haec lex in vſum gentis iudicio- rumque confecta⁶⁾. Primos natales in Germania, cis Rhenum quaesuerim⁷⁾, inde cum gente

in Galliam migravit⁸⁾ , propagata fuit in Alamanniam, Thuringiam et Westphaliam⁹⁾ , cum imperio Francorum usum etiam in Italia et Hispania obtinuit¹⁰⁾ , viguitque in iudicis Italiac ioprimitis atque Galliae usque ad seculum XII. ¹¹⁾ . quo per iuris Roniani irruptionem, ut reliquae Germanorum leges, usum in decisione causarum habere desit.

- 1) Ipsa Lex Salica, seu potius Correctores legis notarunt has mutationes. Nam praeter prologum, cuius supra meminimus, exstat *Epilogus legis Salicae a CAROLO M. emendatae*, talis: *explicunt Legis Salicae libri III. quam Clodoveus Rex Francorum statuit, et postea una cum Francis pertraefauit, ut ad titulos aliquid amplius adderet, sicut a primo usque ad septuagesimum octauum perduxit. Inde vero Childebertus post multum tempus traefauit, ut quicquid inuenire potuerit, ibi cum suis Francis adderet: hoc est, a LXXVIII. usque ad LXXXIV. quicquid inuenit digne ibidem imposuisse cognoscitur. Iterum cum his titulos Clotharius a germano suo seniore gratauerit exceptit, sic et ipse similiter cum regni sui sapientibus inuenit, ut a LXXXIV. adderet, et ita perfectum perduxit. Et inde quae ipse inuenit, adfratrem suum rescripta direxit. Et ita inter se firmaverunt, ut ista omnia que constituerunt, inviolabiliter omnique tempore conservata fuissent.* EDITIO ECCARDINA p. 139. eadem prae se fert, similemque epilogum ex manuscrito edidit ION. FISCHER V. CL. de prima expeditione Attilae, Regis Hunnorum p. 26.
- 2) *Capitularia in supplementum Legis Salicae edita BALVZIVS* atque ECCARDVS afferunt; singula capita mutata reperimus CAPITULARIEVS annorum DLX. DLXXXIV. apud BALVZIVM T. I porro Excerpta ex legibus Langobardorum cap. XV. p. 357. nec non Capitularia DCCCI p. 446 DCCCXII. p. 506. DCCCXIX. p. 598. p. 606. et 608 ad legem Salicam pertinent. Singula haec distinctius definire meum non est.

3) CAPI-

- 2) CAPITVLARI ap. BALVZIVM T. I. p. 139. c. 19. prae-
cipitur: *ut populus interrogetur de capitulis, quae in
lege nouiter addita sunt, postquam omnes consenserunt
ec cui iungi potest CAPITVL. T. I. p. 346. cap. 49 et
p. 622, CAPITVL. an. DCCCXXI c. 5.* constituitur:
generaliter omnes ad monemus ut capitula, quae praeter-
rito anno legi Salicae per omnium consensum addenda
esse ensimus, iam non ulterius capitula, sed tantum
Lex dicuntur, imo pro lege teneantur.
- 4) CHILDERICVS Decreto sua cap. 3. constituit: *ut nullus
de crinosis incestum usum sibi societ coniugio, hoc est
nec fratri sui uxorem, nec uxoris suae frarem, nec
uxorem patris sui aut parentis consanguinei. Si quis
uxorem patris acceperit, mortem incurvat. De praeter-
ritis vero incestis coniunctionibus per praedicationem
Episcoporum iussimus emendari.* Inde LEGIS SAL. Tit.
XIV. cap. 12 explicandum, quod ex CODICE THEODO-
SIANO l. 3. de incestis mortis petitum fuit. Hoc ta-
men caput non in omnibus manuscriptis repperit, no-
tante BIGNONIO, nec in codice Guelpherbitano adest
secundum ECCARDVM, itaque posteriore aeuo insertum
fuit. Porro Titulus XLIII. a manu recentiore additus
esse videtur, quae de tormentis seruorum tractant capita
certe iuris Romani sunt, ut taceam, ne vnum quidem
verbū Malbergicū ex pristina lege in hoc loco su-
peresset.
- 5) Capitularia CAROLI M. et LUDOVICI PI^I apud EC-
CARDVM p. 171. seqq. leguntur. CAROLVS M. codi-
cem legum Salicarum repetitae praelectionis edidit,
itaque duplex hodieque exsistet lectio, una Clodeuigiana,
altera Carolina, in qua glossae Malbergicæ omisæ fue-
runt. Quo anno id factum fuerit, definire non audeo.
Apud BALVZIVM Capitul. T. I. p. 282. edit. nou. talis
legitur inscriptio: *Factus legis Salicae. Anno ab in-
carnatione Domini nostri Iesu Christi DCCLCVIII. in-
diictione VI. Dominus Carolus Rex Francorum incli-
tus hunc libellum tractati legi, Salicae scribere iussit.*
PETRVS DE CHINIAC, nouae editionis auctor, hanc
emendationem legis Salicae in annum DCCLXVIII inci-
dere ait, quo regnare coepit Carolus. Itaque duplēm
legis Salicae textum distinguere debemus, vnum antiquio-

- rem cum glossis Malbergicis, qui inscribitur: *Pactus legis Salicae antiquior*, alterum recentiorem hac inscriptione: *lex Salica reformata seu a Carolo M. emendata*. utrumque textum exhibet Ecardus, Georgisch Canciani aliique, sed de editionibus postea dicam.
- 6) CAROLVS M. in *Capitul. Aquisgr. an. 789. c. 61.* apud BAI.VZIVM T. I. p. 234. sancit: *primum namque iudicii diligentior discussienda est lex a sapientibus populo composita, ne per ignorantiam a via veritatis aberret.*
- 7) cf LEIBNITIUS de Or. Franc. §. 24 seqq. GOTTFR. WENDELIN *Leges Salicae illustratae, illarum natale solum demonstratum cum glossario Salico vocum Adnatricarum Antwerpiae 1649. fol.* WEIDLER diff. de natali solo Legis Salicae, Witt. 1736. WIESAND diff. de origine et natura Legis Salicae §. V. Addatur etiam SCHOEPELINIVS in *Alfatia Illustr. T. I. p. 7. Witt. e. VERTOT Discours sur l'origine de Loix Saliques in Memoires de Litterature T. IV.*
- 8) LEX SAL. Tit. L.
- 9) HALTAVS *Gloss. Germ. v. Fraenkisch Recht* plures locos collegit, addo BERTVCHIVM Cbr. Port. cap. II, p. 36. vbi in tabulis FRIEDERICI I. an. 1180. haec: permissione quoque et voluntate nostra iudem fratres de Porta coemerant a Theodorico de Liznic, villico nostro, molendinum unum in Pichou, ita ut IVRE FRANCOCORVM perpetuo illud possidentes. VI. tautum solidos eidem villico et successoribus eius annuatim exinde persoluerent. Plura de hoc loco monere possem, ius Francorum mihi non significare videtur Salicam legem, sed libertatem a tributis, ut Francum allodium, ceterum lex Salica et ius Francorum non solum codicem illum indicat, sed totum iuris Francici complexum, saepe ius non scriptum.
- 10) MVRATORIVS, VGHELLI, GVICHENON aliique testimonia praebent, magnam exemplorum vim collegi in DISS. de successione feudorum non secundum ius representationis sed linearum praerogatiuum ordinanda cap. I.
- 11) OTTO FRISING. Lib. IV. Chron. c. 32. ait. bac (Lege Salica) nobilissimi Francorum, qui Salici dicuntur, adhuc

*huc utuntur. Apud MVRATORIVM Antiqu. Ital. T.
I. p. 427. tabulis anni MCXI. frater lege Langobardica
soror lege Salica viuere profitetur.*

§. 15.

Contenta legis Salicae.

Lex Salica magna ex parte spectat ad delicta et poenas. Atrocia delicta mitioribus poenis coercentur et pecunia expiantur¹⁾, ne homicidio quidem excepto. Etenim etiam hoc luitur pecunia, ut redimatur vindicta priuata a familia occisi²⁾. Si quis egenus pecuniam istam pendere non poterat, obligatio ad totam homicidae familiam recidebat³⁾. Sed CHILDERICVS Rex poenam homicidii fecit capitalem, obligacionemque redimendi homicidam egenum a familia plane remouit⁴⁾ quanquam redemptio per transactionem liberam cum familia plane sublata non fuit⁵⁾. Poenas capitales tamen non ignorat lex Salica quaestionemque adeo ad veritatem delicti eruendam a Francis fuisse adhibitam reperimus⁶⁾.

Tractat lex Salica etiam de dominio rerum priuatarum, in primis autem definit iura familiarium successionemque gentilitiam, quam ex hac vna lege optime illustrare possumus⁷⁾. Omnes enim in condominio gentilitio nascuntur, vindicantur ab uniuersa familia, in consortio sunt bonorum communium, possunt autem ritu solemni separari a familia, propriamque condere

C 5

gen-

gentem, perimebatur ius familiae tali separaione et communio bonorum et successio gentilitia⁸⁾, easque antiquissimas diuisionis plenae et capitalis Todtihelung dictae origines puto.

Porro definit lex Salica iura diuersorum ordinum in ciuitate, praeferunt seruorum iura et officia. Pauca autem iuris publici et feudalis insunt capita, quippe quae, vti plura alia, moribus maiorum regebantur⁹⁾. Etenim haec lex non omne ius Francorum complexa fuit, supererant mores et traditiones maiorum, quae instar legis obserabantur, atque omnino lex Salica vocabatur¹⁰⁾. De variis editionibus pauca dicere, necessarium puto¹¹⁾.

- 1) LEX SAL. Tit. XVIII. c. 1. Tit. XXI. c. 1. Tit. XXVI. c. 4. et 5.
- 2) LEX SAL. Tit. XXXIV. - XXXVI.
- 3) LEX SAL. Tit. LXI. Totus ritus appellatur CHRENE-CHRVDĀ, de quo verbo accurate differit HOFFMANN obs' iur. germ. Lib. I. c. 3.
- 4) Decretio CHILDEBERTI Regis circa annum DLXXXV. cap. 5. et 15.
- 5) CHILDEBERTVS c. 1. ait: et si forsan conuenerit, ut ad solutionem quisque descendat, nullus de parentibus aut de amicis ei quicquam adiuuet. LEX SAL. Tit. LXI. c. 3. eandem interpretationem habet. Totam autem de poena homicidii quaestionem egregie exposuit DE WESTPHALEN monument. Cimbr. T. I. p. 2008. litt. b. et MAIERVS V. CL. in diff. singulari.
- 6) LEX SAL. Tit. XLIII.
- 7) LEX SAL. Tit. XXII. constituit: de terra vero Salica in muliere nulla portio hereditatis transit, sed hoc virilis sexus acquirit hoc est filii in ipsa hereditate succedunt.
- 8) LEX

8) LEX SAL. Tit. LXIII. ita: *Si quis de parentilla tollere se voluerit, in mallo ante Tunginum aut Centenarium ambulet, et ibi quatuor fustes albinos super caput suum frangat, et illas quatuor partes, in mallo tactare debet, et ibi dicere, ut et de iuramento, et de haereditate, et de rora illorum se ratione tollat.* Et si postea aliquis de parentibus suis aut moritur, aut occiditur, nihil ad eum de eius haereditate, vel de compositione pertineat. Si autem ille occiditur, aut moritur, compositio aut haereditas eius non ad haeredes eius, sed ad fiscum pertineat, aut cui fiscus dare voluerit.

9) LEX SAL. Tit. LXXVI.

10) SENKENBERG method. iurispr. p. 11. Exemplo esse potest matrimonium ad legem Salicam contractum, cuius mentio sit H. F. 29. quod tamen in ipso legum Salicarum codice non reperitur, vestigia apparent LEG. RIP. Tit. XXXVII. cap. 2.

11) Antiquissima editio est sine anno, quam SENKENBERG GIVS vision. de coll. LL. Germ. p. ii. describit, luce clariore illustrat FISCHERVS V. CL. in litteratura iuris Germanici p. 22. et 23. Inscriptio haec est:

Libelli seu decreta a Chlodowao et Childeberto et Chlotario prius edita ac postremum a Carolo lucide emendata auctaque plurimum, in quibus haec habentur:

Capitula ex Isidori iunioris Hispanensis episcopi Etymologiarum, L. V.

Paclum pro tenebre pacis D. D. Childeberti et Chlotarii regum.

Decretio Chlotarii regis.

Sententiae de septem septenis.

Lex Salica.

Decretum Childeberti regis.

Recapitulatio legis Salicæ.

Vetus Lex Saxonum.

Lex Alamannorum.

Antiquae Burgundionum leges.

Ripuariorum leges a Theodosio Rege Francorum latae.

Antiqua Baiuniariorum Lex.

Recusa fuit haec editio hoc titulo: *Aurei venerandique antiquitatis libelli, Salicam Legem continentem a Clodoneo, Chil-*

*Childeberto et Clotario Christianissimis Regibus prius editi,
et postremum a Carolo M. emendati ex aucti. item Leges
Burgundionum, Alemannorum, Saxonum, Baiuvariorum,
Ripuariorum, ex veteribus Libris emendatores et auctio-
res. Parisis apud Iohannem du Puis 1573. in forma
minima. Haec Tiliana vocatur editio.*

*Altera editio est Heroldina, quae prodiit hac in-
scriptione: BASILII IOH. HEROLDI Originum ac Ger-
manicarum antiquitatum libri Basileae 1557. Codice
Fuldeni vifus est auctor cum glossis Malbergicis.*

*Tertia est Eccardina editio: Leges Francorum Sa-
licae et Ripuariorum cum additionibus Regum et Im-
peratorum variis, ex MSSis codicibus emendatae, au-
tiae et notis perpetuis illustratae: opera et studio IO.
GEORGII ECCARDI Frf. et Lips. anno 1720. fol.*

*Tandem commendari potest, quam SCHILTE-
RVS curauit Thes. Antiqu. Teut. Vol. II. num. 1.
hac inscriptione:*

*Antiquissimae legis Salicae textus vetustior ex bibli-
oteca Parisiensi regia descriptus recensente Io. Schiltero.
Adiuncta est accurata subnotatio variationum insignium
tum ex editione Bas. Jo. Heroldi, tum ex alia vetusta,
quam ex codice Guelpherbytano eruit Io. Ge. Eccardus,
accessit Paetum legis Salicae textus recentior ex edi-
tione Steph. Baluzii atque Hieronymi Bignonii notis tex-
tui ubique subiectis.*

*GOLDASTVS Confirmt. Imperial. T. III. p. 2. legem
Salicam edidit hac inscriptione: Faramundi primi Fran-
corum Regis leges Salicae in comitiis quondum Salicensi-
bus per Francos et eorum proceres decretae, et per Re-
gem postea cum iisdem Francis et toro coeti populi con-
firmatae et sancitiae.*

*CANCIANI Vol. II. legum antiquarum edidit pri-
mum: Paetum legis Salicae antiquorem ex editione et
cum notis Io. Georgii Eccardi p 9. 120. deinde: Legem
Salicam reformatam cum notis Bignonii et Eccardi. p.
121-176. Nihil noui praefitit, in textu Eccardinam sequi-
tur lectionem et quanquam omnia corrasit auctor, ut
farciret volumina, tamen non reporio ipsum notis et
variantibus vifum fuisse, quas Muratorius Antiqu. Ital.
T. II.*

T. II. p. 286. ex codice manuscripto bibliothecæ Estenſis
ad legem Salicam affert.

PITHOEI *Glossarium et BIGNONII notae ad le-*
gem Salicam exstant apud BALVZIVM T. II. p. 682.
et 826.

II. DE LEGE RIPVARIA.

§. 16.

Historia Legis Ripuariorum.

Altera lex a Germanis condita et ad nostram
visque memoriam propagata est LEX RIPVA-
RIORVM. Ripuarii gens Germanica sedes fixe-
rant ad utramque Rheni ripam, vicina Franco-
rum et amica; magnam Germaniae partem liber et
sui juris populus tenuit, sed Clodoueus Rex Fran-
corum an DX. sibi subiecit totam Ripuariorum
gentem ac ditionem consensu populi, propriis
tamen moribus viuere permisit. Primogenitus
eius filius Theodoricus, ex diuisione regni Fran-
cici illam etiam ditionem acceperat, quam Ri-
puarii colebant, atque Theodoricus I. Austrasie
Rex Legem Ripuariam condidit ^{1).}

Modus conficiendi legem idem fuit, quem in
Lege Salica et supra in vniuersum obseruauimus,
confecta fuit a Proceribus gentis consuetudinum
patriarum peritis. Sed fundamenti loco posuisse
videntur Legem Salicam, quam ad gentem Ri-
puariorum, accommodatam ex moribus maio-
rum suppleuerunt ^{2).}, simulque aliquam iuris Ro-
mani rationem habuerunt ^{3).}.

Qua

Qua lingua ab initio hic codex, vernacula an latina, conscriptus fuerit, non dixerim. In utramque enim partem disputari potest, crediderim tamen hanc legem statim ab initio lingua latina suisse consecutam. Ripuarii enim in solo Romano magna ex parte residentes huius linguae notitiam sibi comparauerant, et quam imitabantur Clodouei legis lationem, id ipsum suadebat, nec vestigia versionis postea factae apparent, inque scribendo clericorum manum deprehendere mihi videor.

In emendanda Ripuariorum lege versatus fuit Childebertus Rex et Chlotarius, sed plenam harum legum *āvānāθægōw* instituit Dagobertus I. Hic enim per quatuor viros, auctoritate Procerum et populi constitutos emendauit inque eam, qua hodie exstat redigit legem Ripuariorum formam, anno circiter DCXXX.

Post Dagobertum etiam haec lex mutationes experta fuit. In eius supplementum Carolus M. an. DCCCIII. Capitulare edidit 4), magnamque lex habuit auctoritatem, ut ipsi adeo Francorum Reges, hac lege viuere profiterentur 5).

Vtus huius legis ab initio in gente Francorum Ripuaria obtinuit 6), latius paulatim sequenti aeuo manauit, in primis in Italiam lex propagata fuit, donec per ius Romanum seculo XII. penitus depressa cum aliis Germanorum legibus exoleuit.

4) PROLOGVS Legis Salicae apud ECCARDVM p. 8. ait:
Theodoricus Rex Francorum cum esset Cathalaunis, ele-
git viros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis
eruditii erant; ipso autem dictante, insit conscribere Le-
gen

gem Francorum, Alemannorum et Baiuariorum, et unicuique genti, quae in eius potestate erat, secundum consuetudinem suam: addiditque addenda, et improuisa et incomposita resecauit; et quae erant secundum consuetudinem paganorum, mutauit secundum legem Christianorum. Et quidquid Theodoricus Rex propter vestissimam paganorum consuetudinem emendare non posuit, postea Childebertus Rex inchoauit corrigere, Clotarius Rex perfecit. Haec omnia Dagobertus Rex gloiosissimus per viros illustres Claudio, Chadoin, Domagno, et Agillofo renouauit; et omnia veterum legum in melius transfulit; uniuersaque quoque genti scriptam tradidit. Factae autem sunt leges, ut earum metu humana coerceretur nequitia, tutaque sit inter improbos innocentia; et in ipsis improbis formido supplicorum; et ut refracentur nocendi facultates.

Prooemium legis Baiuariorum apud BALVZIVM T.I.
p. 989. eadem repetit.

- 2) LEX RIP. Tit. XXXI. cap. 3. praecipit, ut Franci propria lege iudicentur.
- 3) LEX RIP. Tit. LVIII.
- 4) BALVZIVS T. I. p. 325. ECCARDVS Leg. Sal. et CANCIANI, Vol. II. legum Germ. p. 320.
- 5) Tabulae divisionis an. DCCCXVI. §. 16. maiorem aetatem filiorum regiorum ex Ripuaria lege esse definiendam memorant. LEX RIP. Tit. LXXXI. luc spēclare videtur. Quae ratio fuerit, quaeritur, eam existimo, quia Aquisgranum in pago Ripuariorum situm, princeps Caroli M. palatum erat, ut stirps Carolingica ad gentem Ripuariam referretur.
- 6) Capitularia saepe meminerunt huius legis, praesertim CAROLVS M. Lib. III. cap. 44. 45 et 46. Lib. VI. cap. 212 215. atque locum EGINHARDI in vita Caroli cap. 29. Franci duas habent leges plurimi in locis valde diuersas, de lege Salica et Ripuaria explicandum postea dicam.

§. 17.

Comparatio legis Salicae et Ripuariae instituitur, huiusque inuestigantur sanctiones.

Vtraque lex ex moribus maiorum hausta quidem est et expressa, ideoque eandem reuera naturam habent, discrepant tamen multis modis. Ordo diuersus diuersam legislationem prodit, ipsae sanctiones de eadem re factae discrepant saepius¹⁾). Lex Salica ad rudes Francoium mores proprius accedit, et folius populi habet rationem atque rara iuris Romani vestigia apparent; e contrario lex Ripuaria cultior procedit et maiore perspicuitate gaudet²⁾), regiam auctoritatem valde veneratur et tuetur³⁾), multaque ex iure Romano, tanquam ex fonte iuris proprio haufit⁴⁾). Poenas etiam intenderunt auctores legis, quod vtrum ex regia potestate processerit, an necessarius diuitiarum auctarum iurisue Romani fuerit effectus, non dixerim⁵⁾ homicidium tamen pecunia luitur⁶⁾). Principium istud gentium Germanicarum; QVEM LIBET SVA LEGE VIVERE AC MORI, verbis expressis confirmatur⁷⁾.

Praeter leges criminales quaerad am de negotiis gerendis ac contrahendis statuuntur, bona mulierum definiuntur⁸⁾ successio in bona auita determinatur⁹⁾, iura seruorum ac manumissionum explicantur, multaque in fauorem cleri leguntur, vt pateat, iam tum superstitionem quandam, gentem inuasisse Ripuariam¹⁰⁾). Pugnae litigantium¹¹⁾ et iudicia Dei¹²⁾ hic ad ordinem iudicio-

iudiciorum, modumque definiendi caussam dubiam referuntur. Multis autem modis etiam haec lex illustrando iuri patrio adhiberi potest, eamque ob caussam viri docti etiam ad hanc legem curam extenderunt suam^{13).}

- 1) conferatur **LEX SALICA** Tit. I. LIV. et LX. cum **LEG. RIPVAR.** Tit. XXXII. LII. et LV. Ex hac utriusque legis comparatione EGINHARDI locus, quo ait: *Franci duas habent leges plurimis in locis valde diversas, explicandus, auctor enim absque omni dubitatione intelligit legem Salicam et Ripuariam, quibus Franci eo tempore vtebantur, quippe ipsi Reges lege Ripuaria viuere profitebantur. Itaque non possum accedere eorum opinioni, qui primam eriteratam legis Salicae editionem intellegunt.* ALTESERRA *Rer. Aquit.* lib. III. c. 6. legem Salicam et Romanam intelligit, sed vir doctissimus labitur, quippe Franci nunquam lege Romana vti fuerunt.
- 2) **LEX RIP.** Tit. LIX. de venditionibus, Tit. LX. de traditionibus.
- 3) **LEX. RIP.** Tit. XXXVIII. Tit. LX, c. 6. Tit. LXI c. 1. Tit. LXV. Tit. LXIX.
- 4) **LEX RIP.** Tit. LVIII manumissionem secundum legem Romanam definit; Tit. LXI. cap. 2. de liberto statuit: *quod si aliquid criminis admiserit, secundum legem Romanam iudicetur.*
- 5) Intelligitur id ex comparatione **LEG. SAL.** Tit. XII. §. 1. Tit. XIV. §. 1. Tit. XLIII. §. 8. cum **LEG. RIP.** Tit. XXIX. §. 1. Tit. XXXV. §. 3.
- 6) **LEX RIPVAR.** Tit. LXXXIII. ait: *si quis vir seu qua mulier Ripuaria, per venenum seu per aliquod malificium aliquem verdiavit, merigildum compensat.* Hoc definitur Tit. XXXVI. Furtum autem capite punitur ex Tit. LXXXIX et quidem patibulo.
- 7) **LEX RIP.** Tit. XXXI. cap. 3. et 4. ubi haec; hoc autem constitutimus, *vt infra pagum Ripuarium tam Franci, Burgundiones, Alamanni, seu de quacunque natione commoratus fuerit, in iudicio interpellatus, sicut lex loci continet, ubi natus fuerit, sic respondeat.* Quod D si

50 LIB. I. DE LEGIBVS GERMANORVM ANTIQVIS

si damnatus fuerit secundum legem propriam, non secundum Ripuariam, dannum sustinet.

8) LEX RIPVAR. Tit. XXXVII.

9) LEX RIP. de bonis auitis tractat et successione legitima,
Tit. XLVIII. constituitur: *si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem suam in praefentia Regis, sive vir mulieri, vel mulier viro seu cuiuscunq; licet de proximis vel extraneis, adoptare in hereditatem vel adfatinis per scripturarum ferient, seu per traditionem et testibus adhibitis, secundum legem Ripuariam licentiam habeat.*

10) LEX RIP. Tit. XXXVI.

11) LEX RIPVAR. Tit. XXXII. c. 4. Tit. LIX. LXVII.
c. 5

12) HOFFMANN spec. de origine LL. Germ. scđl. II. §. n.
litt. d. p. 34. SCHÖEPFLIN Alz. Illusfr. T. I. p. 806.
CANCIANI in monito legibus Ripuaris praemissis Vol. II. p. 291. seqq. de ordalibus disputat, vt glossaria aliosque taceant auctores. Nos quidem mirari solemus, quo pacto fieri potuerit, vt gentes atque sana ratio per tot secula ordalibus istis deluderentur, sed imbecillitas humana et in primis ingenium ad superstitionem efficiunt talia facile admittit. CANCIANI monit. citato p. 293. Italum clerumque se iudicio suo prodit; ego reor, inquit, Deo Opt. Max. plus placuisse maiorum nostrorum simplicitatem et fidem, quam recentiorum acutissimum philosophiam, et quantumvis probationes de quibus sermo est, eius, quae secundum scientiam est pietatis regulis suffulta non sint, arbitror tamen Deum propitium respexisse ad fidem illorum, qui in veritatis atque innocentiae testimonium sincero corde illius inuocabant auxilium atque eos tentamina peragentes a noxiis effectibus liberasse eadem virtute, qua liberavit tres pueros de camino ignis ardoris. Neque est cur offerere verear haec esse prodigiorum a Deo ad innocentiae ac veritatis ostensionem patratorum praeclarissima monumenta. Benedictiones precumque formulas in istis iudicis fuisse adhibitas constat ordinemque ad faciendum iudicium ad aquam fecerunt dedicavit MVRATORIVS Anecd. T. II. Diff. XXXVIII, sed istud iudicium nostra

stra memoria vltra montanus duntaxat clericus ferre potest.

- 13) Primus, qui eam edidit fuit IOH. SICHARDVS in opusculo:
Leges Ripuariorum, Baioariorum et Alamannorum Basileae 1539. & 1600. HEROLDVS ET LINDBENBROGIVS edidere eandem legem, sed BALVZIVS T. I. *Capitul. p. 25.* reliquorum industram superauit; ECCARDVS *de Lege Salica p. 205-280.* optimam editionem curauit, quam cum auctoris notis repetit *CANCIANI Vol. II. p. 295-320.*

III. DE LEGE ALEMANNORVM.

§. 18.

Historia legis Alemannorum.

Clodoueus Francorum Rex Alemanno, qui ab anno CCCCVII. superiorum Galliam ad Rheni oram infederant graui proelio ad Tolpiacum anno CCCCLXXXVI. victos sibi suoque regno subiecit, inque tutelam recepit, ut tandem propriis moribus vterentur, nisi quod regis loco in praelio caesi dux institueretur¹⁾. Theodoricus I. Austrasiae Rex, quem Ripuaris legem dedisse diximus, primus etiam legislator in gente Alemannorum ditioni suae subiectorum exsilit. Childebertus II. et Clotarius II. in eadem emendanda, tollendisque paganicae superstitionis reliquis versati fuerunt; Dagobertus I. autem seculo VII. *avanadagobon* legis instituit, inque nouam redegit formam²), ac Carolingorum imperio nouis constitutionibus etiam haec lex aucta fuit³.

Quod autem supra diximus non omnia iura legibus scriptis contineri, id etiam de nostra

asseruerim⁴⁾). Quas partes populus Alemanniæ in hac legislatione habuit, omnino quaeritur. Theodoricus enim in comitiis regni sui vniuersalibus legem Ripuariam, Alemannicam et Baiuvaricam condiderat, in quibus, si non omnis Alemannorum populus, certe dux et proceres adfuerunt⁵⁾). An autem codex ille a populo Alemannico in conuentu congregato, approbatuſ fuerit coniicere quidem, sed non probare possumus. Duces Alemanniae, marcescente Merovingorum stirpe, liberius regnare incepérant seculo VIII. in primis Lantfridus II. qui anno DCCXXXVIII. a Pipino victus in captiuitate DCCLI mortuus est. Hic Lantfridus cum populo Alemannico legem hanc renouauit retexuitque, atque hic ipse esse videtur codex, quo hodie vtimur⁶⁾). Ducibus enim extinctis populus tamen retinuit legem suam obtinuitque in vniuerso Alemanniae ducatu etiam ultra Rhenum. Medio aeuo latius patuisse videtur legum Alemannicarum usus, vt tam in Alemannia seu Suevia⁷⁾, quam etiam in aliis terris, atque adeo in Italia eius mentio reperiatur. Nec tamen credid rim receptam fuisse legem ab aliis gentibus, sed Alemannus in omnibus regnis nativa lege iudicandus erat⁸⁾). Tandem seculo XII. paulatim exoleuit.

4) GVNDLING P. III. Gundl. num. II. §. 16. Alemannis legem Salicam a Clodoueo fuisse datam putat, quod non dixerim. Gens enim nondum plene subiecta et iugo Francico adiuta legem peregrinam certe passa non fuſſe t

isset. praeferit Theodoricus Ostrogothorum rex, in cuius tutelam pars Alemannorum se receperat, facile ad bellum excitari potuisset, vt taceam idoneis monimentis non probari illam opinionem. Breui hac de re dixit SCHÖEPFLIN Alf. Illuſtr. T. I. p. 21. p. 626. de ducatu Alemanniae et p. 746 de ducibus Alemanniae.

- 2) Totam historiam exponit prologus legis Baiuvariorum apud BALVZIVM Capitul T. I. p. 26 et legis Sal. apud ECCARDVM p. 8. verba iam dedimus supra.
- 3) Supplementa haec dabit BALVZIVS atque GEORGISCHE Corp. Iur. Germ. Priu. p. 212.
- 4) GOLDASTVS SS. Rer. Alem. T. II. num. II. p. 26. char-tam, in qua diuisio fit secundum legem Alamannorum, affert, negatque hic legem scriptam intelligi, sed consuetudinem. WALCHIVS V. CL ad eandem accedit sententiam in Hist. Iur. p. 351. putarem tamen ex Tit. LXXXVIII. legis Alemanicae post explicationem peti.
- 5) Prologus ait: hoc decretum est apud regem et principes eius et apud cunctum populum christianum, qui infra regnum Merowingorum consistunt.
- 6) GOLDASTI editio ex codice Sangallensi ita insit: lex Alamannorum, quae temporibus Hlotarii Regis cum Principibus suis id sunt XXX. tribus Episcopis et XXXIX. Duciis et LXX. duobus Comitibus vel caetero populo constituta est. Heroldina et Lindenbrogiana editio eundem fere in modum concepta est. Tantam procerum multitudinem in solo Alemanniae ducatu non reperiri per se patet, ideoque auctor ad comitia vniuersalia respexit. Apud BALVZIVM T. I. Capitul. p. 54. Dagoberti Regis Capitulare II. sive lex Alamannorum, inscribitur. ECCARDVS T. I. Franc. Orient. p. 493. refert, in bibliotheca monasterii S. crucis Augustae Vindelicorum exflare codicem membranaceum ex aeuo Caroli M. cuius titulus:

*Incipit Lex Alamannorum, quae temporibus Lan-t-fredo filio renouata est. Lex prima ita:
Conuenit enim maioribus natu populo Alamannorum
una cum duce eorum Lanfredo vel caetero populo
adunato — in fine legis: explicit lex Alamanno-
rum temporibus Lanfredi renouata.*

Ipsa LEX ALEMANNORVM Tit. XXXXI. c. 3. istius
conventus meminit, et talia duci iura tribuit, qualia
vix Principi summo a maioribus nostris tribui solent.

- 7) MARQV HERRGOTT cod. prob. ad bistor. Austr. dipl.
num. XXIX. tabulas an. DCCC. habet, quibus legi-
tur: *componat, quod in lege Almannorum continetur.*

BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad annum MIII.
refert, ordines promississe, se duci et comitibus secun-
dum legem Alemannorum obsecundatuuros.

- 8) SCHOEPFLINVS Af^g Illust. T. I. p. 26. iura Alsatice
ex legibus Alemannorum, qui istum tractum incole-
rant, recte repetit.

§. 19.

De natura et sanctionibus legis Alemannorum.

Est omnino hic legum Alemannicarum co-
dex in signe iuris patrii monumentum, expressum
et haustum ex ipsa Germanorum natura. Omnia
enim fere mores Germanorum produnt, ut puta,
homo liber se seruituti addicere potest¹⁾ coniu-
ratores adiuvare debent iurantem²⁾ ingenui ser-
vili matrimonio iuncti in seruitutem detrudun-
tur³⁾ ius sibi priuata auctoritate dicere licet⁴⁾
membra et vita hominis certo pretio aestiman-
tur⁵⁾ nec poena capitali maiora cocentur cri-
mina⁶⁾ quamquam poenam capitalem lex non
ignorat.

Dominia rerum priuatarum definiuntur, de-
terminantur iura negotiorum contrahendorum,
matrimonii⁷⁾ et successionis⁸⁾ ut multa alia
taceam. Adfuisse etiam condominium gentili-
tium intelligimus^{9).}

Jura

Iura publica etiam definiuntur. Dux et Rex eorumque iura sancta habentur, homicidiumque in duce admisum capite luitur¹⁰⁾) eademque poena crimen proditoris corectur, iure tamen redimenti vitam et sanguinem admisso¹¹⁾). Iura nobilium ordinumque magnum etiam momentum in legibus Alemannicis habuerunt, ideoque multipliciter constituantur et firmantur¹²⁾). Per quam multa autem in utilitate in ecclesiistarum et clericorum statuta sunt, ut magna clericorum auctoritas iam inde intelligatur¹³⁾). Ex quibus omnibus intelligi etiam posse arbitror, ducem cum nobilitate et clero retexuisse huius legis sanctiones.

Iuris Romani aut nulla aut pauca in hac lege deprehenduntur vestigia¹⁴⁾). Lex Ripuaria e contrario legum peregrinarum saepius meminit, quia in pago Ripuariorum multi Romani habitabant, Alemanni autem in interiore Germania prosapiam suam sinceram scruauerant atque ex deuictis ultra Rhenum prouinciis expulerant aut seruituti addixerant Romanos.

Pauca de editionibus huius legis admonenda sunt¹⁵⁾), qua lingua fuerit ab initio conscripta, patria an Romana, certo probari nequit, lingua patria primam editionem fuisse conficiam existimo¹⁶⁾).

1) LEX ALEM. *Tit. I. §. 4.*

2) LEX ALEM. *Tit. VI. §. 1.*

3) LEX ALEM. *Tit. XVIII. §. 1.*

4) LEX ALEM. *Tit. XXXIV. et XXXV.*

5) LEX ALEM. *Tit. LVIII. et LXV.*

36 LIB. I. DE LEGIBVS GERMANORVM ANTIQVIS

- 6) LEX ALEM. Tit. XXVII. Tit. XXIX. Tit. XXX. Tit. XL. Tit. XLIX. Tit. LXVIII.
- 7) De consensu parentum in nuptiis liberorum sancit Tit. LV. matrimonium simpar est damnosum Tit. LVII. portio statutaria praeter dotem mulieri debetur Tit. LV.
- 8) Huc etiam refero Tit. XCII vbi de successione patris infanti recens nato, mox post matrem mortuo, statuitur.
- 9) Insignis est locus Tit. LXXXIV. quem adscribere non piget: si qua contentio orta fuerit inter duas genealogias de termino terrae eorum, et unus dicit: hic est noster terminus, alius reuadit in aliud locum, et dicit: hic est noster terminus, ibi praesens sit comes de plebe illa, et ponat signum ubi iste voluerit, et ubi ille alius voluerit terminum, et girent ipsam contentionem. Postquam girata fuerit, veniant in medium, et praesente comite tollant de ipsa terra, quod Alamanni cuffodi dicunt, et ramos de ipsis arboribus infigant in ipsam terram, quam tollunt, et illae genealogiae, quae contendunt, leuent illam terram praesente comite, et commendent in sua manus: ille incoluat in funone, et ponat sigillum, et commendet fidieli manu usque ad statutum placitum. Tunc spondeant inter se pugnam duorum. Quando parati sunt ad pugnam, tunc ponant ipsam terram in medio, et tangant ipsam cum spatis suis, cum quibus pugnare debent, et testificantur Deum crearem ut cuius sit iustitia, ipsis sit et victoria; et pugnant. Qualis de ipsis vicerit, ipse possideat illam contentionem; et illi alii praesumptiosi, quia proprietatem contradixerunt, duodecim solidos compانant.
- 10) LEX ALEM. Tit. XXVII—XXXV. Tit. XXVI. statuit: si aliquis homo in mortem Ducis consiliatus fuerit et inde conuictus fuerit aut vitam perdat, aut se redimat, sicus Dux aut Princeps populi iudicauerint.
- 11) LEX ALEM. Tit. XXV. si homo aliquis gentem extraeam infra prouinciam inuitauerit, ut ibi praedam vastet hostiliter, vel domos incendat, et de hoc conuictus fuerit, aut vitam perdat, aut in exilium eat, ubi dux miserit et res eius inficentur in publico.

Si filius contra patrem ducem aliquid molitus fuerat, ex Tit. XXXV. ducatu plane indignus existimabatur, ex



- ex quo tamen loco successionem hereditariam non deduxerim.
- 12) Tit. XXXVII. c. 4. Tit. XXXXI. c. 3. *Legis Alemanniæ vniuersi populi mentio fit, quo non plebem, sed nobilitatem gentis contineri ex vniuerso veterum germanorum iure, manifestissimum est.*
- 13) LEX ALEM. Tit. I—XXIII.
- 14) Testes per aurem tractos, quorum *Lege Alem. Tit. XCIV. Lege Bainu. Tit. XVI. et Lege Ripuar. Tit. LX.* mentio fit, ad Romanum, an ad Germanum morem referri oportere subdubitabam, ritum tamen domesticum esse nunc puto, quippe plura extant diplomata incorrupta, quibus ritus tangendi aures testium memoratur, ut in CHRONICO REICHERSBERGENSI p. 192.
Tit. XLIII constituitur, scripturam non valere, nisi in qua annus et dies evidenter ostenditur. Hanc sanctionem ex L. I. Cod. Theod. de constit. princ. et edictis, esse defuntam patet.
- 15) Antiquissima editio est, quam curauit SICHARDVS, Basileae 1530. quo. dein MELCH. GOLDASTVS SS. Rer. Alemaniæ T. II. p. 1. sqq. Insignem autem in hac lege excolenda nauauit operam IOH. SCHILTERVS, qui eam commentario ad Koenigsbouii Chronicon Alsatiae inseruit eandemque exhibuit in Thes. Antiq. Teut. T. II. BALVIVS Capitul. T. I. p. 54. edit. nou. textum cum Heroldo et XII. codicibus manuscriptis collatum exhibet; CANCIANI Leg. Antiqu. Vol. II. p. 321. legem Alemanicam cum notis quibusdam edidit.
- 16) Sunt, qui primam editionem in lingua vernacula esse confectam aiunt. Equidem in eam partem omnino inclino, eum autem intelligo codicem, quem Theodoricus I. condidit. Alemanni enim ista tempestate rudes et ab omni cultura remoti legem latinam neque legere neque intelligere potuissent, ut taceam in media Germania ineptum fuisse, gentem vix domitam linguae peregrinae mancipare. Primum quidem ex tota legislatione intelligitur, lingua vernacula legem conscribi oportuisse, at vero cum Dagobertus I. ~~avaxdægan~~ legum institueret, ad religionem, aut si manus ad superstitionem sui temporis accommodaret, eaque in re clericorum opera retetur, conuersio in linguam latinam facta fuit, id quod

inde etiam patet, quia verba Germanica perquam multa explicationis et peripicitatis causa inferuntur, quae ex prima legis editione, vii glossas Malbergicas, retenta crediderim. Dagoberti I aevo († 638.) gens Alemannorum iam edocta erat cum religione christiana, linguam latinam, quam in ipso regimine acquisque publicis conscribendis reges Francorum etiam adhibere solebant, ideoque nemini mirum videbitur, eandem linguam in hac noua legislatione, regnante Dagoberto, fuisse adhibitam. Exempla verborum. Teutonicorum ubique ad sunt. Tit. XXXIX. si quis hominem occiderit, quod Alanno MORTAVDO (Mordthat) dicunt, Tit. LX. c. 1. si quis alium per iram percuserit, quod Alemanni PVLISCHIAC (nos hodie Beulenschlag) dicunt. Sed exemplis parco Tit. X. Tit. LXI. c. 2. Tit. LXV. c. 7. Tit. LXX. c. 2. Tit. LXXXII. obvia sunt.

IV. DE LEGE BAIUVARIORVM.

§. 20.

Historia Legis Baiuvariorum.

Bauari seu Boioarii, vti aliae Germanorum gentes, ab initio iure non scripto et incerto vi fuerunt. Theodoricus, Ostrogothorum Rex huic genti tutelam quidem praeflit contra ingruentem Francorum potentiam, sed leges non dedit, mortuo autem Theodorico in Italia Gothique inter se dissidentibus atque cum Romanis bella gerentibus; Bauari sponte se in tutelam Francorum dederunt, imperante Thedorico I. Austrasiae Rege. Itaque veneratus quidem fuit Bauvariorum populus in iustatem Francorum, nunquam autem subactus, ideoque Duces, quibus ante paruerant, retinuerunt suos, unus tamen auctoritate regis et populi consensu toti genti prae-

praeerat¹⁾ , donec Thassilo II. regnante Carolo M. anno DCCLXXXVII L. iudicio publico reus perduellionis iudicatus monasterio mancipabatur²⁾ .

Dux in gente Bauarica legitime constitutus summam fere exercebat potestatem , quam superioritatem territorialem dicere fas est et semper autonomiam retinuerunt Banarii , ideoque legum ferendarum potestatem ab antiquissimis temporibus exercuerunt.

Lex Baiuvariorum , cuius historiam nunc agredimur , regnante Theodorico I. Austrasiae Rege primum condita , postea Childeberto II. et Clotario II. emendata , tandem per Dagobertum II. plenius repurgata inque eam , qua hodie exstat formam , redacta fuit³⁾ . Consensu ducis , populi et ordinum Bauariae hoc factum fuisse , ex autonomia gentis colligitur⁴⁾ .

Iuri Baiuvariorum duplex supplementorum genus accessit , vnum quidem ex autonomia gentis , alterum ex summo imperio . Dux enim Baiuvariorum Thassilo II. conuocatis vtriusque ordinis proceribus decretum de iure sacro atque civili condidit , quo iura vetera correxit et emendauit , atque auctoritate sua promulgauit⁵⁾ . Reges Franeorum summi imperii iure legum ferendarum potestatem in Bauaria exercuere , nouaque legi veteri addidere capita⁶⁾ .

Eiectis Agilolfingis populus Bauarieus omnia iura legesque retinuit suas , iisdemque non regnantibus

tibus solum Carolingis vsus est, sed sequenti tempore eandem libertatem et autonomiam semper retinuit, vt adeo haec gens ab antiquissimis temporibus insigne libertatis Germanicae exemplum esse videretur. Ipsae illae leges paulatim exoleverunt, earum tamen vsus late patuit, vt in chartis Italicis adeo commemoretur. Bauariorum enim lege sua vbique terrarum viuebat. Euanuit autem harum legum, vsus seculo circiter XII. vti aliae Germanorum leges, quippe nunc iura Romana aliaque praeualere incipiebant^{7).}

- 1) **LEX BAIWVARIORVM** *Tit. II. cap. XX* 3. constituit: *Dux vero, qui praefest in populo ille semper de genere Agilolfingorum fuit et debet esse, quia sic reges, antecessores nostri concesserunt eis, vt qui de gente illorum fidelis regi erat et prudens ipsum constituerent ducem ad regendum populum illum.* Itaque familia regnatrix erat Agilolfingorum, ipse tamen rex Francorum optimum quemque, defuncto duce, ordinabat ex *Tit. II. cap. IX.* quem reliqui proceres et populus ex decreto regis approbabant, vt dux a rege ordinatus et a populo electus diceretur *Tit. II. cap. I.* Erant autem plures familie illustres in Bauaria, quarum meminisse *Tit. II. cap. XX. §. 1.* nati ex gente tali duci coaequales dicuntur *Tit. II. cap. XX. §. 5.* Ex quibus intelligitur, quae ADELBOLDVS in vita Henrici II. apud LEIBNITIVM SS. Rer. Brunsvic. T. I. p. 433. scripsit, a vero non abesse.
- 2) **De iuribus prisorum regum et ducum Bauariae** difseruit DE IVSTI in *Abhandlungen der Kurbaierischen Academie der Wissenschaften* T. IV. *Pauca de iure publico attulit P. ROMAN. ZIERNGIBLS. Von den Bairischen Herzogen vor Karls des Grossen Zeiten von ihren Regierungs-labren, Familien und vorzüglichsten Thaten* T. I. (an. 1779. 4to.) der neuen historischen Abhandlungen der Bairischen Academie der Wissenschaften p. i. seqq.
- 3) **Pro-**

- 3) Prologus Legis Baiuvariorum id docet, quem supra iam excitauiimus, idque OTTO FRISINGENSIS Chron. Lib V c. 9. his verbis testatur: *Dagobertus ergo, totius regni Principatum tenens Boioariis legem dedit.* Plures de origine legis Bauaricae opiniones sub examen vocauit STERZINGERVS T. I. der Abhandlungen der Baierischen Academie der Wissenschaften p. 97 BALVZIO, RESCHIO, ZIERNGIBLSIO an. DCXXX sub Duce Garibaldo II lex Bauarica condita videtur, add. SENKENBERGIVS de legibus gentis Bauaricae.
- 4) Inter quatuor viros, qui regnante Dagoberto legibus scribendis operam dederunt, commemoratur Agilolfus, qui nomine gentis Bauaricae adfuisse videtur, neque a vero abhorret, quam attulit conjecturam IOAN. NEPOMVC. MEDERER diff de Garibaldo I Duce Boioarie ex Agilolfingis (quam T. III. Bibl. Bauar inferuit FINAVERVS) illum scilicet Agilofsum, ducis Garibaldi II. iussu et mandatu in novo illo legum Bauaricarum codice, gentis suae iura curasse.
- 5) Exstat hoc Decretum apud GEORGISCH p. 376. vbi haec: *regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, in anno vero XXII. regni religiosissimi Ducis Tassilonis gentis Baigariorum, sub die consulum, quod erat II. id. Octobr. atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. Indict. X. diuina perflatus inspiratione, ut omne regni sui praenotatus Princeps collegium procurum coadunaret in villam publicam Dingoltingam nuncupatam, ut ibidem tam regulare ordinaret in sancto habitu coenobium virorum et puellarum, quam Episcopales moderaretur obsequias, insuper gentis suar institutiones legum per primates imperii, uniuersa consentiente multitudine, quae reperit diuturnitate vitiata, et quae videbantur abstrabenda euelleret, et quae decretis placuerit componenda, institueret.*
- 6) Capitulare Baiuvariorum, datum, vt conjectura est, Ratisbonae anno Christi DCCI. XXXVIII.
- 7) Legem Baiuvariorum edidit primum SICHARDVS 1730. 869. HEROLDVS, LINDEBROGIVS aliquie codicibus suis eandem inseruerunt, BALVZIVS Capitul. T. I. p. 91. textum co licibus manuscriptis emendatiorem dedit; CANGIANI Vol. II. Leg. Ant. p. 356. textum edidit

edidit cum variantibus ex Heroldo et Lindenbrogio, nosque illustravit quaedam; deinde subiunxit capitula nonnulla concilii Aschaffenensis cum Decreto Thaßilonis; tandem capitularia, quae ad legem Bauaricam pertinent, addidit. Promissam in monumentis Boicis editionem prodiisse, non commemini.

§. 21.

De natura et sanctionibus legis Bauaricae differitur.

Ex moribus maiorum hausta atque expressa Baiuvariorum lex imaginem consuetudinum patiarum iurisque Germanici exprimit sinceram¹⁾. Iura criminalia ex natura et indele iuris patrii definiuntur, poenae mites, luuntur omnia fere delicta pecunia, si a proditione et homicidio ducis, quae capitalia sunt delicta, recesseris²⁾. Membra hominum³⁾ et pecudum⁴⁾ certa taxa aestimantur, quod legislationem in cunis vagientem mihi indicare videtur. De negotiis ciuium, rerumque priuatarum dominio et successione, varia reperiuntur constituta⁵⁾, condominium gentilitium in familiis adest⁶⁾, quamquam diuidere ecclesiisque donare permissum fuit⁷⁾.

Ordo iudiciorum more Germanico definitur, cauſarum disceptatio refertur ad conuentus populi, computatio temporum fit secundum noctes, iudici iniungitur⁸⁾ vt administret sine ira et studio iustitiam, tandem ad duellum, tanquam ad fabram anchoram, in re trepida recurritur⁹⁾.

Iura publica ducis, ordinum et populi univerſi definiuntur, magnus in primis clericorum
et

et ecclesiarum fauor vbiique deprehenditur, donationes clericis monasteriisque factae omnibus modis ratae et firmae sunt¹⁰⁾, ut adeo causa tantarum diuinarum in ecclesiis collatarum, quibus hodieque in Bauaria superbiunt, ex hac ipsa lege repetenda videatur, neque tamen non Episcopi et clerici Ducis et Regi sunt subiecti, quanquam secundum canones iudicari debent¹¹⁾.

Legis Bauaricae et Alemannicae ordo atque sanctiones congruunt sere, ut adeo una ex altera consecta, aut utriusque unus auctor et scriptor fuisse intelligatur¹²⁾. Quare opinor, etiam hanc legem ab initio lingua vernacula conscriptam, regnante Dagoberto II. autem in latinam fuisse conuersam, indeque multa vocabula Germanica suis locis inserta esse repetenda¹³⁾. Tandem etiam in hac lege iurium Romanorum usus deprehenditur¹⁴⁾ ut clericus manum suam prodere videatur.

1) Bauaros non ad Slaonicas, sed Teutonicas gentes, ideoque leges eorum ad ius Germanicum pertinere, dixit HERITIVS de veteris Germaniae populis P. III. c. II. §. 4. Add PAVLVS DIACONVS lib. I. c. 27.

2) LEX BAIUVAR. Tit. II. cap. I. §. 3. 5. hanc definit regulam: ut nullus Baiuvarius alodium aut vitam sine capitali criminie perdat, id est, si aut in necem Ducis consiliarius fuerit, aut inimicos in prouinciam inuitaverit, tunc in Ducis sit potestare vita ipsius et omnes res eius et patrimonium. Cetera vero quaecunque commiserit peccata, quoisque haber substantiam secundum legem componat. Si vero non habet, ipse se in servitio deprinat, et per singulos menses vel annos quantum lucrare quiverit, persoluat cui deliquit, donec debitum uniuersim restituat; et cap. II. Si quis Ducem suum occiderit, anima illius pro anima eius sit, mortem quam intulit recipiat,

recipiat, et res eius infiscentur in publico in sempiternum. De occisione liberi hominis Tit. III. cap. 13 haec statuuntur: Si quis liberum hominem occiderit, soluat parentibus suis, si habet; si autem non habet, soluat Duci, vel cui commendatus fuit dum vixit, bis octuaginta solidos, id sunt centum sexaginta. De feminis vero eorum si aliquid de ipsis actis contigerit, omnia dupliciter componantur. Et quia femina eum armis se defendere nequiverit, duplum compositionem accipiat. Si autem pugnare voluerit per audaciam cordis sui, sicut vir, non erit duplex compositione eius, sed sicut fratres eius, ita et ipsa recipiat.

- 3) LEX BAIIVVAR. Tit. III.
- 4) LEX BAIIVVAR. Tit. XIII. de animalibus vitiatis et eorum compositione tractat, vbi cornua, oculi, cauda boum equorumque certo aestimantur pretio.
- 5) LEX BAIIVVAR. Tit. XII. Tit. XV. et XVI.
- 6) LEX BAIIVVAR. Tit. XVII. c. 2.
- 7) LEX BAIIVVAR. Tit. XIV. c. 8. Tit. I. c. 1.
- 8) LEX BAIIVVAR. Tit. II. cap. XV. §. 1. et 2. sancit: Ut placita fiant per Calendas aut post quindecim dies, si necesse est, ad causas inquirendas, ut sit pax in provinciis, et omnes liberi conueniant constitutis diebus ubi iudex ordinauerit, et nemo sit ausus contemnere venire ad placitum. Qui infra illum comitatuum manent, sive Regis vassii, sive Dicis, omnes ad placitum ventiant. Et qui neglexerit venire, damnetur quindecim solidis. Comes vero secum habeat iudicem, qui ibi constitutus est iudicare, et LIBRVM LEGIS ut semper rectum iudicium iudicet de omni causa, quae componendae sunt.
- 9) LEX BAIIVVAR. Tit. XVII. de championibus et causis, quae ad eos pertinent, tractat, Tit. II. cap. 2. in causa capitali ita: si autem unus fuerit testis, et ille alter negauerit, tunc Dei accipient iudicium. Exeant in campum, et cui Deus dederit victoriam, illi credatur. Et hoc in praesentia populi fiat, ut per inuidiam nullus pereat.
- 10) LEX BAIIVVAR. Tit. I. c. 1. Si quis liber voluerit et dederit res suas, licentiam habeat de portione sua, postquam cum filii suis partiuit. Nullus eum prohibeat, non Rex, nec Dux, nec villa persona habeat potestatem prohibendi

bendi ei. Et quicquid donauerit, villas, terram, mancipia, vel aliquam pecuniam, omnia quaecunque donauerit pro redemptione animae sua, hoc per epistolam confirmet propria manu sua ipse, et testes adhibeat sex vel amplius. Si voluerit, imponant manus suas in epistola, et nomina eorum notent ibi quos ipse rogauerit. Et tunc ipsam epistolam ponat super altare, et sic tradat ipsam pecuniam coram sacerdote, qui ibidem seruit, et posthaec nullam habeat potestatem exinde nec ipse nec posteri eius, nisi defensor ecclesiae ipsius per beneficium praestare voluerit ei, sed apud Episcopum defendantur res ecclesiae, quicquid a Christianis ad ecclesiam Dei datum fuerit.

II) LEX BAIUVAR. Tit. I. c. XI. §. 3.

12) Conferri potest lex vtraque, contendere placet Leg. Baiuu. Tit. III. Legi Alem. Tit. LX. Leg. Baiuu. Tit. II. c. 10. Legi Alem. Tit. XXXV.

13) Pauca notabo. LEX BAVAR. TIT. XIX. plura venationis vocabula hodieque usitate continent, Leibhund, Tripbund (Treibhund) Schwarzwild Tit. XXI. c. 6. Kabeio (gehege) et cap. 10. Vneprut, quod verbum in DISS. iuris Romani atque Germanici de apibus Praefide SEGERO Lips. 1773. habita, explicauit. Auctor legis Tit. XV. c. II. §. 1. se prodit his verbis: quia sic habet lex vestra. Ex quo loco intelligere mihi videor, scriptorem legis et interpretrem non fuisse Bauarum.

14) LEX BIVIVVAR. Tit. I. c. XIII. §. 2. ex L. 44. Cod. Theod. de Epise. Eccl. et Clericis explicabitur, ut ipsa adeo verba fere congruant; Tit. XIV. cap. 6. et 7. de successione viduarum ex mente legum Romanarum tractat.

Auctorem fuisse clericum inde etiam patet, quia ex facris bibliis quedam et verba et sententiae legi inserita reperiuntur, quae notauit HOFFMANN spec. de origine legum Germ. Sect. IV. §. 11. p. 49. Itaque Tit. XV. c. 11. §. 1. verba: quia sic habet lex vstræ; clericus ad-didit, quia ipse ex lege Romana et iure canonico viuebat.

SECTIO II.

DE LEGIEBUS INTRA FINES GERMANIAE AB
IIS GENTIBVS CONDITIS QVAE EX SEPTEN-
TRIONE PROCESSERVNT; DE LEGE FRISIONVM,
SAXONVM, ANGLIORVM ET WERINORVM.

§. 22.

*Generalis de altera bac legum patriarchum fami-
lia obseruatio.*

Vnam legum Germanicarum familiam con-
templati fuimus, Francorum enim leges omnes
fere eandem prae se ferunt naturam atque indo-
lem, ab eadem gente regnatrice conditae, ex iis-
dem fere fontibus haustae, in eundem fere finem
comparatae fuerunt. Traxerunt hae leges aliquid
ex iure Romano, clerus inseruit et veluti inspirauit
iisdem venerationem sui ipsius, ideoque puras et ab
omni labe ac commixtione peregrinarum legum
sanctiones frustra interdum quaesueris, quamuis
in patrio solo natas, altas atque eductas leges
nemo non intelliget.

Alteram legum Germanicarum familiam eas
dico, quae ab illis Germaniae populis conditae
fuerunt, qui *ex septentrione progressi* versus me-
ridiem imperia protulerunt sua, in ipsa tamen Ger-
mania eiusque septentrionali plaga subsisterunt.
Hae leges in terris a iuris Romani solo remotio-
ribus fatae paulatim succreuere, genuinamque
legum Teutonicarum retinuere naturam. Quem-
admodum istae leges *ex Italia* terrisque Romanis
colo-

colorem aliquem traxerunt, ita hae ex septentrione originem repetentes, hodieque lumen et interpretationem inde capiunt. Ad hanc autem familiam **LEGES FRISIONVM, SAXONVM, ANGLIORVM ET WERINORVM** pertinent, quarum historiam et naturam breui exponam.

V. DE LEGIBVS FRISIONVM,

§. 23.

Historia Legum Frisicarum.

Tota legum Frisicarum historia tres partes complectitur, ipsam Frisionum legem, additiones duorum sapientum Wulemari et Saxamundi et leges obstatbomicas. Haec breui persequar.

a) DE LEGE FRISIONVM.

Quo tempore Lex Frisionum condita fuit, in tanta annalium penuria certo definiiri nequit. Quoad quidem Frisi more antiquo ducibus et principibus gentis suae paruerunt, leges scriptas nondum habuere, quippe lex regiae potestatis facit mentionem. Seculo VI. regnari cooperunt Frisi, vt maiore vi Francis resisterent, ideoque Lex Frisionum primum condita videtur seculo VI. exeunte aut VII. ante certe, quam a Pipino victi et regnante Carolo Martello, post magnam cladem anno DCCXXXIII. acceptam, imperio Francorum (anno sequente) subiecti fuerunt¹).

Ex his autem argumentis mea patere videtur sententia. Regia potestas arclissimis limitibus

E 2 circum-

circumscripta est, ut Rex primus inter pares habeatur, neque illa sit mentio aut delictorum contra Regem commissorum, aut de successione regia²⁾), deinde iuxta religionem christianam ethnica auctoritatem publicam habet, et Frisi vtrique religioni aequali praestiterunt tute lam³⁾), tandem clericorum iura hic exigua sunt, quae quidem omnia regno Francorum eiusque in regundis populis et religione catholica propaganda principiis repugnant. Ipsa etiam gens eo tempore iam late propagauerat imperium suum, diuisa secundum plagas coeli in Orientales et Occidentales Frisios, qui secundum flumina determinantur, quod seculo VI et VII. demum reperitur⁴⁾). Ex quibus omnibus intelligi posse arbitror antiquissimum legum Frisicarum codicem seculo VI. aut VII. fuisse confectum.

Mutationes omnino haec lex passa fuit, quis auctor sit, quaeritur. Αναθεση huius legis instituisse videtur Carolus M. Quod enim Dagobertus I. in Ripuaris, Alemannis et Boioariis praestitit, id in Frisis aliisque populis perfecit Carolus M. id quod ex testimonio veterum aliisque argumentis intelligitur⁵⁾). Codicem itaque legum Frisicarum, qualis hodie habemus, a Carolo M. fuisse confectum puto, eiusque esse decreta et sanctiones, quarum ipsae leges, tanquam a Regibus profectarum meminerunt⁶⁾). Reputitam enim huius legis editionem esse factam ex vniuerso codice intelligitur.

De

De modo latarum legum nihil referre possum, nec tamen dubito, quin etiam in hoc genere mores majorum obseruati fuerint?).

- 1) Plures sunt de hac lege opiniones. Auctor libelli: *von den Landtägen der Friesen p. 24. seqq.* opiniones quasdam refert. VERO EMMIVS Rer. Frisicar. Lib. V. p. 71. Carolum Martellum et Carolum M pro legum latoribus Frisionum habet. Illum pro legislatore plane non habeo, quippe deuictis Frisiis secundum *Continuatorem FREDEGARII cap. iug. fana illorum idololatriæ contrivit atque combusit igni*; legem autem Frisiis tulisse nullo testimonio probari potest. Carolum M. exsistit etiam Frisicarum legum emendatorem postea dicam. Oppido falsa autem eorum opinio est, qui Haraldum Danorum Regem seculo X post Christum natum Frisiis leges tulisse ex Adamo Bremenii, Helmoldo et Alberto Stadeni contendunt. Hane fabulum FRICCIUS apud DREYERVM in libro: *Sammlung vermischter Abhandlungen P. III. zum II. p. 1325.* exploxit. Quam proxime a vero abest quam SICCAMA in *Praefatione ad Leges Frisionum p. 4.* defendit sententiam, regnante in Austria Dagoberto I († 638.) legem Frisionum fuisse factam, modo ne putas Dagobertum I. leges Frisiis dedit, quod peccat Siccama. Dagobertus enim Frisiis non imperauit, quo itaque modo ipsis leges dare potuerit non video.
- 2) LEX FRISION. Tit. I. et Tit. XV. definit Werigildum, nulla Regis mentione facta.
- 3) LEX FRISION. Tit. V. §. 1. Addit WLEMARI Tit. XII.
- 4) Frisia occidentalis pertinebat usque ad Sincfalam, (Sundfall) ubi Mosella in mare effunditur, Frisia orientalis patet ad Visarim usque, reliqua et termini, quorum lex meminit, ad nostrum locum non pertinent.
- 5) In testimoniosis, quorum infra mentio fiet, non quidem commemoratur Lex Frisionum, sed Lex Saxonum, quae leges Frisicae videntur esse comprehendendae, quippe similes non solum sunt in plurimis sanctionibus, sed Frisi ipsi Saxonum propago aut familia, ex eadem saltim pro-

cessi videntur stirpe, qua de re dixit DE WESTPHALEN
Praef. T. III. SS. Rer. Cimbr. p. 77. DREYER de r*s*is
genuino iuris Anglo Saxonici p. 248.

- 6) LEX FRISION. Tit. VII. c. 2. ait: *haec constitutio ex
edicto Regis processit*. Quis Rex edixerit, definire non
audeo, Carolum M. intelligio, Tit. XVII. ex eiusdem im-
perio explicandus videtur; fancitur cap. 3. *Si quis legatum
Regis vel Ducis occiderit, similiter noxies illum compo-
nat et fredum similiter noxies ad partem dominicam.*
7) VEBBO EMMIVS Rer. Frisic Lib. V. ad annum DCCCX.
refert: *Legibus ferendis hic mos est habitus, ut pru-
dentissimi XII. ex populo lecti, qui consuetudines et in-
stituta maiorum noscent, eas conciperent, Imperator vero
ratas ac in perpetuum sanctas esse iuberet.*

§. 24.

Vlterior legum Frisicarum historia.

3) DE ADDITIONIBVS SAPIENTVM WULEMARO RI ET SAXAMVNDI.

Altera legum Frisicarum pars, sunt supple-
menta a duobus sapientibus, Wulemaro et Saxa-
mundo, codici legum addita. Hi duumiri
auctoritate populi constituti collegerunt, quae in
ipsis Frisionum legibus omissa fuerant. Quo
tempore id factum fuerit, certo definiri nequit,
mox tamen post primam legum Frisicarum la-
tionem secutae fuisse videntur hae additiones.
Carolus Martellus, qui gentem Frisicam anno
DCCXXXIII. deuicit et sequente anno subegit,
fana deuastasse et igne cremasse dicitur, isti vero
sapientes religionem ethnicam et Deorum fana
sacrosancta habent eorumque laesionem sanctio-
ne poenali et capitali coercent¹⁾. Itaque ne-
cessitatem

ceſſe eſt, vt iſta tempeſtate religioni priftinæ Deorumque cultui honos ſuus ſtererit, id quod regno Francorum plane repugnat Ex quibus ſimil efficitur codicem legum Frifcarum Caro-lo Martello eſſe antiquorem²⁾.

v) DE LEGIBVS OBSTALBOMICIS.

Tertia pars legum Frifcarum ſunt leges Obſtalbomicae³⁾. Praeter leges scriptas plures erant apud Frifios consuetudines, quae legum generalium applicationem multis modis impediabant. Itaque vt consensus quidam legum eſſiceretur atque leges generales ad ſingulas regi-minis partes et iudiciorum ordinem accommo-darentur, conuentu populum generali anno MCCCXXIII. hae leges in vnum volumen col-lectae fuerunt. Clerus, qui iam ſub imperio Francorum etiam apud Frifios magnam auctori-tatem obtinuerat, inque ipſis hiſ legibus conden-dis pars erat⁴⁾ multa in fauorem ecclieſiaruin in-ferenda curauit, vt haec iuriſ Frifici collectio a prioribus plane diſcreparet.

1) Additio WYLEMARI Tit. XII. haec habet: *qui fanum effregerit et ibi aliquid de ſacrifice tulerit dicitur ad mare et in fabulo, quod accessus mari ſuperire ſolē, findan-tur aures eius et caſtratur et immolatur Diis, quorum templo violavit.*

2) CANCIANI Vol. III. leg. Germ. in monito p. XI. legem Frifcam ad Carolum M. refert, illaque, quibus et hni-cismus inēt, irrepitſſe dicit ex priftinis moribus, ſed quo modo id regnante Carolo M. fieri potuiflet, non video.

3) In libello, von den Landtagen der Friesen in den mitt-leren Zeiten bey Upfahlſdom (Bremen 1777. 810.) totam reu-bene expositam reperimus.

4) Incipiunt leges: *In nomine Dei amen. Anno nativitatis Domini MCCCXXIII. altera die Lamberti nos Grietmanni, Iudices, Praelati, et clerus terrarum Oestergoe, et Westergoe cum caeteris Zelandiis Frisiae ad concordiam et reformationem constitutionum Ostfalsboem constitutorum, ordinamus, diuersitates litterarum sub hac forma singulis articulis reformatis et conscriptis, nunc et perpetuo validis. Historiam horum comitiorum anno MCCCXXIII. celebratorum exponit auctor paulo ante laudatus Sect. VIII. p. 167. Has leges hue retuli, quia cum illis iungi solent.*

§. 25.

De sanctionibus legum Frisicarum earumque natura.

Lex Frisionum ex intimo Germanorum iure hausta verum consuetudinum patriarchum codicem exhibit, integrum, sincerum et ab omni iurium peregrinorum commixtione et temerariis clericorum mutationibus purum et vacuum. Tota lex nititur distributione populi in nobiles, ingenuos, libertinos et seruos¹⁾), Rex primus inter nobiles habetur, ut magis pares regere, quam regnare videatur, ex moribus maiorum pars multae regi vindicatur²⁾.

Ipsae sanctiones magna ex parte de crimini bus ex more Germanorum tractant, homicidium pecunia luitur, vindicta autem ad totam familiam pertinet³⁾). Consanguinei inter se ob parricidium excidunt hereditate iuribusque familiae et ni fallor condominio gentilitio⁴⁾ moderamen inculpatae tutelae, aut si mauis, ius occidiendi cambiones, hostes, adulterum, fures, incendiarios, eosque qui fanum temerarunt, com petit

petit⁵⁾ et quod mirum et a moribus aliarum gentium alienum, infantes recens natos et a matre adhuc rubentes occidere licet⁶⁾). Vtrique religioni, ethnicae et christianaee, par tutela praestatur⁷⁾. Bello priuato alterum petere licet, modo tempus et locus pugnae licitus eligatur⁸⁾, in iudiciis vulnera et membra certam definitionem habent⁹⁾, ad defensionem autem spectant, iusiurandum, ordalia et campiones¹⁰⁾.

Additiones duorum sapientum eandem naturam cum ipsa lege Frisica habent, sed leges Obſtalbonicae multum a pristina natura deflectunt, ordinem iudiciorum definiunt, poenas intendunt¹¹⁾ clericorum iura augent, ipsam summi Pontificis potestatem comiter venerantur¹²⁾. Neque tamen non etiam hae leges iuri patrio illstrandō inferuiunt¹³⁾.

1) LEX FRISION. Tit. I. cap. 1-3. Tit. XI. Tit. XV.

2) TACITVS de Mor. Germ. cap. XII. ait: pars multae regi vel ciuitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis eius exsoluitur. Eadem fere statuit LEX FRISION: Tit. IX. cap. 1. 8. et 9. cap. 14-17. Tit. X.

3) LEX FRIS. Tit. II. cap. 2. et 3. Tit. XX. Maior poena in singulari caſu statuta fuit, scilicet LEGES OBSTALB. §. XVII. aiunt: Si quis autem homicidium post compositionem et osculum pacis perpetravit, a patria sua per annum proscriptus maneat, Papam et non aliud visitet absoluendus. Caſtrum aurem si quod haberet, deſtruatur, domus vero lignea, quam habuit, ſententia iudicium publicetur.

4) LEX FRISION Tit. XIX. Qui sine compositione occidi possunt.

5) LEX FRISION. Tit. V. cap. 1. ita: championem, et eum, qui in pælio fuerit occisus, et adulterum et furem, ſe

in fossa, qua domum alterius effodere conatur, fuerit repertus, et eum, qui domum alterius incendere volens, faciem manu tenerit, ita ut ignis tectum vel parietem dominus tangat, qui fanum effigit, et infans ab utero sublatuus et enecatus a matre.

- 6) Locum paulo ante excitauiimus, SICCAMA autem notat non tam occisionem infantum, sed immolationem Diis factam fuisse, idque ex vita D. Ludgeri constare ait, ubi exemplum hoc memoratur: Memorata, Ciaffburgh, cum nata esset, habebat auiam gentilem, matrem videlicet patris sui, abrenunciantem omnino fidei catholicae, quae non nominanda in fuorem conversa, eo quod praenominata couiuna filias tantum genuisse, et filium non haberet, misit lictores, qui raperent eandem filiam, tunc natam, de sua matre: quia sic mos erat pagorum, ut, si filium, aut filiam necare voluisserint, absque cibo terreno necarentur. Deinde capite septimo: In hac igitur collectatione mirabilis, iuxta misericordis domini dispositionem, superuenit vicina mulier, et misericordia moxa eripuit puellam de manu praefari mancipii, curritque cum ea ad domum, et claudens post se ostium peruenit ad cubiculum, in quo erat mel, et misit ex melle illo in os iuuencale, quae statim forbuit illud. Venerunt interea praedicti carnicices, iussa dominae suse expleturi: dominabatur enim illa furibunda in tota domo filii sui. Mulier autem, quae infastem raperat, occurrit licitoribus, dixit que mel commidisse puellam, et simul ostendit eis illam adhuc labia sua lингentem, et propter hoc illicitum erat iuxta morem genituum illam necare.
- 7) Loca supra dedimus, Commemorare iuuat illustre superstitionis christiana exemplum ex ethnicismo receptum, HERODOTVS Lib. IV. p. 278. et TACITVS de Mor. Germ. cap. X. fortis Germanorum notarunt; audiamus morem Frisicum in detegendo homicidio, LEX FRIS. TIT. XIV. c. 1. et 2. ita: Si homo quislibet in seditione aut turba populi fuerit imperfectus, nec homicida poterit inueniri propter multitudinem eorum, qui aderant, licet ei, qui compositionem ipsius quaere vult, de homicidio usque ad septem homines interpellare, et quicunque eorum crimen homicidiū obiceere, et debet

vnuus-



vnusquisque eorum sua duodecima manu obiecti criminis se purificare sacramento. Tunc ducendi sunt ad basilicam, et sortes super altare mittendae, vel si iuxta Ecclesiam fieri non potuerit, super reliquias sanctorum. Quae sortes tales esse debent: duo rati de virga praecisi, quos tenos vocant, quorum unus signo crucis dignoscatur: alius purus dimiteitur, et lana munda oboluunt, super altare seu reliquias mittuntur, et presbyter si ad fuerit, vel si presbyter deest, puer quilibet innocens, unam de ipsis sortibus de altari tollere debet, et interim Deus exorandus, se illi septem, qui de homicido commisso iuraverunt, verum iurassent, evidenti signo ostendat. Si illum, qui cruce signatus est, sustulerit, innocentes erunt, quem iurauerunt, si vero alterum sustulit, tunc unusquisque illorum sepiem faciat suam sortem, id est, tenum de virga, et signet signo suo, et eum tam ille, quam cæteri, qui circumstant, cognoscere possint, et oboluunt lana munda, et altari sex reliquiis imponantur, et presbyter si adfuerit, si vero non, ut superiorius, puer innocens unumquemque illorum singillatim de altari tollat, et ei, qui suam sortem esse cognoverit, rogat. Cuius sortiem extremam esse contigerit, illi homicidiz compositionem persolvere cogatur, cacteris, quorum sortes prius levatae sunt absolutis. Si autem in prima duarum sortium missione illam, quae crucis signo notata est, sustulerit, innocentes erunt, sicut praediximus, septem, qui iurauerunt, et ille si velit, alios de eodem homicidio interpellat, et quicunque interpellatus fuerit, sua duodecima manu perfectorio sacramento se debet excusare, et in hoc interpellatori sufficiat, nec ulterius ad sortem quemlibet compellere posset.

- 8) ADD. SAPIENTVM Tit. I. c. 1. LEX FRISION. Tit. XVII. c. 2.
- 9) LEX FRISION Tit. XXII. Addit. Sapient. Tit. II. seqq.
- 10) LEX FRIS. Tit. III. §. 6. 8. et 9. Tit. XIV. §. 5. et 7.
- 11) Vnum exemplum allegabo. LEX FRISION Tit. III. in furto poenam capitalem non statuit; WALDEMARUS Addit. Sap. Tit. I. c. 3. iam poenam capitalem in quibusdam casibus sanciuit. LEGES OBSTALB. cap. II. aiunt: furem vero suspendio præcipitus condemnari.
- 12) LEGIE. OBSTALB. cap. 24. iudices seculares de rebus et personis ecclesiasticis se non intronmittent sub poena XX.

marcarum.

marcarum; testamentum coram parocho et duobus testibus *cap. XXVIII.* memoratur.

- 13) Optima editio est, quam curauit SICCAMA *Francesquae* 1617 repetuit GAERTNERVS 1730. 4to. et numeris CANCIANI Vol. III. *Legum Antiqua*, p. 1. eandem cum integris SICCAMAE notis. sed fine legibus obstalbomis inferuit. Has autem dedit auctor libelli *von den Landtagen der Friesen* p. 173. addidit simul versionem Frisicam a latino textu discrepantem.

VI. DE LEGIBVS SAXONVM.

§. 26.

Historia Legum Saxoniarum.

Maximis historia legum Saxoniarum circumfusa est tenebris, quam in tanta testimoniorum penuria dispellere non possumus, meam tamen sententiam dicam¹⁾.

Primum quidem leges Saxonum seculo V. aut VI. in lingua patria conscriptae mihi videntur, gente iam per Westphalam diffusa et secundum tres populos distincta²⁾. ADAMVS enim BREMENSIS³⁾ iam ante Carolum M. optimas leges Saxonibus tribuit; Saxones in Britannia seculo VI. etiam leges sibi scripserunt, ideoque Saxones legibus scriptis etiam in patria usque fuisse videntur; porro ipsae leges Saxonum latinae priscam legem agnoscunt⁴⁾ et CAROLVS M. praeter libertatem ipsis in pacto subiectionis proprias leges concessit⁵⁾. Quae quidem omnia legem scriptam apud Saxones ante Carolum M. existuisse arguunt⁶⁾.

Re-

Regnante Carolo M. magna legis Saxonicae facta est mutatio. *AvaraSæcōw* ipsius legis instituit Rex et non solum in linguam latinam transtulit, sed ad regium imperium etiam accommodauit ⁷⁾, eaque, quae ad ecclesiam et religionem christianam spectare videntur ⁸⁾ inseruit. Quamobrem existimo codicem legum Saxonica-
rum hodiernum ex temporibus Caroli M. super-
esse. Praeter illam ipsam legem duo etiam Ca-
pitularia legi Saxonicae accesserunt, vnum qui-
deni anno DCCLXXXVIII. inscriptum: *Capitu-
lato de Partibus Saxoniae*, alterum anno
DCCLXXXVII. quod *Capitulare Saxonum* ap-
pellamus ⁹⁾. Quibus partibus tota legum Sa-
xoniarum latio absoluta fuit.

Saxones autonomiam suam a Caroli M. ae-
tate semper retinuerunt propriisque vii sunt legi-
bus, ex quibus vbique terrarum iudicandi erant.
Manauit itaque ius Saxonicum per magnam Ger-
maniae partem, vt eius in vniuerso Germano-
rum iure in primis habenda ratio videatur. Re-
perimus adeo Saxones in Italia aliisque terris iure
suo vsos fuisse, sed mallem iura Saxonica, quae
late per Italiam patent, repetere ex legibus Lon-
gobardicis, quae ex eodem fere manarunt fonte.

1) Tres de origine legum Saxoniarum opinione recensuit
SILBERRAAD ad Heineccii Histor. Iur. Lib. II. §. 34.
litt. a. Mihi vnum WESTPHALENV M Praef. ad T.
III. Monument. Cimbr. p. 60. commemorasse sufficit,
qui contendit seculo V. legem Saxoniam, Angliorum et
Varinorum fuisse conditam. Evidenter ante Carolum M.
has leges iam in vnum volumen patria lingua col-
lectas

- lectas in quavis gente exstitisse, persuasissimus sum, tempus tamen tam certo definiri nequit, certe iam seculo VI. adfuerit.
- 2) LEX SAX. *Tit. VII. et VIII.* Ostphalos, Westphalos et Angros memorat, quae gentes citra Albim sedes iam seculo VI. fixerant.
 - 3) ADAMVS BREM. *Hist. Eccl. Lib. I. c. 5.* ait: *legibus etiam ad vindictam malefactorum optimis utebantur, et multa utilia atque secundum legem naturae honesta in morum probitate studuerunt habere.*
 - 4) CAPITVLARE de Partibus Sax. cap. 33. meminit *legis Saxonum de periuriis*, quae sanctio *Tit. II. c. 8. et 9.* reperitur, et in *Capitulari an DCCLXXXVII. cap. 10.* memoratur *Eua Saxonum.*
 - 5) Poeta Anonymus ad annum 803. canit:
permisi legibus zti
Saxones patrii et libertatis honore.
 - 6) Multis aliis argumentis id demonstrauit DE WESTPHALEN Praef. ad *Monument. Cimbr. T. I. p. 101.* et in *primis T. III. p. 60. litt. i.*
 - 7) LEX SAX. *Tit. III. §. 1.* statuit: *qui in regnum vel regem Francorum vel filios eius de morte consiliatus fuerit, capite puniatur.* Idem sancti *Capitulatio de Part. Sax. cap. 9. et 10.*
 - 8) LEX SAX. *Tit. II. §. 8. et 10. Tit. XV. §. 2.*
 - 9) Historiam horum Capitularium referit GAERTNER *ad legem Sax.* p. 118. seqq. sed quaestio est, quo anno haec lex Saxonum fuit condita. Evidem post Capitularia illa demum esse conditam puto, quippe anno DCCCI. plena Saxonum deditio demum facta est. Ex ipsis etiam sanctionibus inuicem collatis id mihi intelligere videor. At enim ista tempestate aderat Lex Saxonum scripta patria lingua, quam saepe memorant Capitularia et EVAM SAXONVM appellant. Quo quidem modo euaneſcunt difficultates, in quas ii incident, qui legem scriptam apud Saxones ante Carolum M. exstitisse negant, CANCIANI Vol. III. in monito p. XII. misere se torqueat, reperitur contradictiones, ex quibus se expedire nequit, sed ut exitum habeat; *suspicio*, inquit, *Capitulationem de*

*de partibus Saxoniae non ex integro constitutam fuisse
vno tempore vnoque contextu, sed esse centonem ex Ca-
pitulis variis temporibus latis et alia quidem ante scri-
ptam legem, alia vero post scriptam legem condita fuisse.
Meliora docet DE WESTPHALEN Mon. Cimbr. T.
III. Praef. p. 60.*

§. 27.

Vlterior iuris Saxonici historia.

Gens Saxonum regno Francorum sociata, proprias tamen et separatas semper habuit rationes. Itaque extincto Carolidarum imperio, Saxoness non deseruerunt priscas leges, sed perpetuo vsu obseruauerunt et ad omnem posteritatem propagarunt¹).

Libertatem gentis insigni virtute et fortitudine Saxonica semper tuiti sunt, vt non sua solum tuerentur iura, sed saepius etiam tyrannidem a toto imperio auerterent, probe intelligentes ruinam imperii etiam stragem propriae libertatis e vestigio subsequi²).

Ius priuatum a maioribus acceptum tenaciter obseruarunt Saxoness, neque leges suas ex olefcere passi sunt. Quamobrem reperimus Imperatores et Reges Germanorum cum libertate Saxonica etiam leges confirmasse, quippe vtrunque arctissimo vinculo iunctum existimabatur³). Memorabilis est Conradi Salici confirmatio, ex qua intelligimus priscam legem constanti usu apud Saxoness valuisse⁴). Nec tamen omnia Saxonum iura scriptis iustis legibus fuerunt complexa, sed multa consuetudine moribusque maiorum consta-

constabant, quae omnia tamen iure Saxonico comprehendenduntur⁵⁾.

Propagata fuerunt iura Saxonica extra ipsam gentem per magnam Germaniae vicinarumque regionum partem, ut paulatim ius commune constituerent; prifcae leges exoleuerunt quidem; ipsum tamen ius Saxonicum tam ciuale, quam criminale ab antiquissimis temporibus ad nostram usque memoriam manauit.

- 1) Possem ius Saxonum hodiernum et medii aevi cum pri
stini contendere legibus, sed hoc labore supersedeo,
quia id magis ad singularium iuris materiarum, quam ad
vniuersam historiam spectat.
- 2) DITMARVS Merseb. Chr. Lib. V. p. 386. edit. Leibnitia
sae, memoriae prodidit Henricum II. Saxonibus sancte
fuisse pollicitum; se eorum legem non in aliquo corruptu
rum, sed vita comite, clementer in omnibus impleturum.
- 3) WIPPO in vita Conradi Salici apud PISTORIVM SS.
rer. germ. Tit. III. p. 430. ait: reverus Rex de Ripua
riis ad Saxoniam venit, ibi legem crudelissimam Saxon
um secundum voluntatem eorum constanti auctoritate
roboravit. Quam legem intelligat auctor, olim iam disputa
tum fuit, equidem totum iuris Saxonici complexum in
telligo, in primis tamen, quam supra exposui Legem
Saxonum cum Capitulatione Caroli M. et de partibus
Saxonie, in qua quidem re consentit SILBERRAAD ad
HEINECCIVM bift. iur. p. 754. et HEINECCIVS antiqu.
germ. T. I. p. 361. crudelissimam autem dici ad exem
plum legum Draconis suspicor, quippe Wippo, vir do
ctus et litterarum gnarus, hoc Plutarchi iudicium facile
ad legem Saxoniam applicare potuit, ob frequens istud;
capite puniatur, morte moriatur.
- 4) Memorabilia exempla haec sunt. ADAMVS Bremensis
Lib. I. c. 5. ex EGINHARDO refert, matrimonium no
bilis et plebeiae poena capitali fuisse coercitum. Aliud
exemplum assert SILBERRAAD ad Heinecium p. 744.
litt. 13. Sunt, qui ex his aliisque locis colligunt, co
dicem

dicem legum Saxoniarum, qualem hodie habemus, esse mancum. Evidem id non puto, ex hac saltim argumentatione id non procedit. In omnibus enim germanorum populis praeter leges scriptas, mores aderant in codice non comprehensi, qui tamen etiam gentis leges dicuntur. Eiusdem sententiae est CANCIANI Vol. III. *leg. Antiqua in monito p. XII.*

5) Editiones haec memoranda sunt. Antiquissima est editio, quam HEROLDVS originum ac Germanicarum antiqu. p. 121. excudendam curauit; deinde in libello Tiliano, cuius supra memimus, reperitur; porro apud LINDENBROGIVM in codice legum antiquarum p. 471. quam editionem LEIBNITIVS SS. Rer. Brunsuic. T. I. p. 77. recusam dedit brevibus notis adpersis; optima adhuc editio est CAROL. WILH. GAERTNERI *Saxonum leges tres*, quae extant antiquissimae aetate Caroli M. confessae. Accessit Lex Frisionum cum notis Sibrandi Siccamae. Lipsiae 1730. 4to. Annotanda etiam sunt IOH. GOTTLIER MULLERI, PRAES. EINERTO V. CL. fragmenta obseruationum ad veterem legem Saxonum Lips. 1779. 4to.

Capitularia illa edidit FÜRSTENBERG Moniment. Paderborn p. 320. CONRING de orig. iur. germ. p. 339. BALVZIVS Capitul. T. I. p. 250. seqq. commentarioque illustravit T. II. p. 139. in primis ADAM MEINDERS de statu religionis et reipublicae sub Carolo M. ac Ludouico Pio in veteri Saxonia Lemgouiae 1711. 4to.

CANCIANI Vol. III. p. 37. editionem Gaertneri repetit integrum neque quicquam noui addidit, sed Abrenunciationem Diaboli, Professionem fidei et Indiculum superstitionum ac paganiarum commentario illustravit.

§. 28.

De natura et sanctionibus legum Saxoniarum.

Leges Saxonum priscae et in codice gentis complexae veram iurium et consuetudinum patiorum imaginem exprimunt. Neque enim

F aut

aut regia potestas, aut sacer dominatus aut juris Romani labes priscas populorum Saxoniorum consuetudines miscuit, pauca enim, quae de iuribus regiis aut clericis memorantur, facile inteligi et separari possunt.

Fundamenti loco in hac, vti in Frisiorum legge, ponuntur quatuor gentis ordines, nobiles, ingenui, libertini et serui, quamuis horum in ipsa ciuitate nullum fere momentum erat¹⁾, Quae partes cuiusvis ordinis in vniuerso populi regimine fuerint, non definitur, quippe ius publicum moribus magis, quam lege scripta regitur, constat autem dynastis et primoribus gentis paruisse Saxones ante Francorum imperium, postea, potestate procerum gentisque libertate haud immunita, accessit summum Francorum regum imperium²⁾.

Iuris priuati multae adsunt sanctiones, quarum usus hodieque supereft; tutela feminarum³⁾ dotum constitutio⁴⁾ et successio viduarum⁵⁾ ex mente iuris hodierni definiuntur; iura successionum determinantur, in quibus filiarum etiam ratio habetur, extincta aut deficiente mascula prole⁶⁾. Condominium gentilitium etiam apud Saxones reperitur, nec liberi hereditate defraudandi, nisi quis hereditatem ecclesiae aut regi tradiderit⁷⁾, quod non ex præca Saxonum Eua, sed ex novo iure esse repetendum, puto.

Eandem naturam præ se ferunt capitularia duo in legem Saxonum edita. Saxones enim legem suam plane interuerteri et immutari nunquam

quam passi sunt, quaedam tamen praeter veterem Saxonum legem praeferunt ex novo regimine et mente⁸⁾ religionis christianaæ statuta fuerunt⁹⁾.

Iudicia Saxonum eundem in modum uti aliarum gentium comparata fuerunt, eademque probandi ac defendendi media¹⁰⁾.

1) **LEX SAX.** *Tit. II.* Quatuor in gente Saxonica connumbrari ordines, notat ADAM BREMENSIS *Lib. I. c. 5.* his verbis: *quatuor gens illa differentiis consistit, nobilium scilicet et liberorum, libertorum atque seruorum.* **CAPITVLARE SAXON.** *cap. 3.* aliisque nobilium, ingenuorum et litorum meminit, quod NITHARDVS *Lib. IV. Histor.* ita exprimit: *sunt inter illos, qui Edilingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur. Latina vero lingua hoc sunt nobiles, ingenui, les atque seruiles.* Hi scriptores lassis complecti videntur etiam seruos, quippe illi non multum supra seruos sunt, quod ipsa *Lex Tit. XI. § 1.* innuit, aut quod male, seruos ex principio iuris Romani non connumbrant in ordinibus civitatis; liberi interdum nobiles et ingenuos simul complecti solent. Differuerunt hac de re HERTIVS *notit. veter. germ. popul.* opp. p. 129. GAERTNERVS *ad leg. Sax.* p. 21.

2) Saxones primoribus gentis ante paruisse, quam ad regnum Francorum accesserunt, constat; POETA SAXO *ad annum DCCCIII.* apud LEIBNITIVM SS. Rer. Brunsvic. T. I. p. 153 his conditionibus in potestatem Francorum concessisse ait:

*Augustus Pius ad fedem Salz nomine dictam
Venerat. Huc omni Saxonum nobilitate
Collecta, simul has pacis leges interiunt:
Ut toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, quem Daemoniuca prius arte colebant
Decepti, postbaec fidei se subdere vellent
Catholicae, Christoque Deo seruire per aevum.
At vero censum Francorum Regibus ullum
Soluere nec penitus deberent, atque tributum,
Cunctorum pariter statuit sententia concors.*

- Sed tantum decimas diuina lege statutas
Offerrent, ac Praesulibus parere studeant,
Ipsorumque simul Clero, qui dogmata sacra
Quae fidem Domino placitum vitamque docerent.
- 3) LEX SAX. Tit. VII.
 - 4) LEX SAX. Tit. VIII.
 - 5) LEX SAX. Tit. IX.
 - 6) LEX SAX. Tit. VII. §. 1. Pater autem mater defuncti, filio
non filie hereditatem relinquunt, §. 5 qui defunctus non
filios, sed filias reliquerit, ad eas omnis hereditas per-
tinet, §. 8 qui filiam ac filium habuerit et filius
uxore ducta et filium generat et mortuus fuerit, heredi-
tas patris ad filium filii id est nepotem, non ad filiam
pertineat.
 - 7) LEX SAX. Tit. XV. §. 2. nulli liceat traditionem heredi-
tatis suae facere, ut heredem suum exheredem faciat;
§. 3. nisi forte famis necessitate coactus. In hoc casu cer-
tam venditionis formam definit Tt. XVII.
 - 8) Vnum afferam caput. CAPITVLARE de part. Sax. cap. 33.
ait: interdiximus, ut omnes Saxones generaliter conuen-
tus publicos nec faciant, nisi forte missus noster de ver-
bo nostro eos congregare fecerit. Sed vniuersisque comes
in suo ministerio placita et iusticias faciat et hoc a sa-
cerdotibus consideretur, ne aliter faciat. Quo vno ca-
pitulo tota prope regiminis forma continetur.
 - 9) CAPITVLATIO de partibus Saxonie magna ex parte hue
pertinet cap. 1. statutum; ut ecclesiae Dei, quae modo
construuntur in Saxonie et Deo sacratae sunt, non mi-
norem habeant honorem, sed maiorem et excellentio-
rem, quam fana babuissent idolorum cap. 6. Si quis
corpus defuncti hominis secundum ritum paganorum
flamma consumi fecerit et ossa eius ad cinerem redegerit,
capite puniatur.
 - 10) LEX SAX. Tit. XVI.

§. 29.

De iure criminali Saxonum.

Propriam leges Saxonum criminales habent
naturam, ideoque breui complectenda erit.
Poe-

Poenarum capitalium frequentia in legibus Saxonum proprium gentis genium prodere videtur. Vnde enim, etiam in leuioribus delictis, sanctio legitur: CAPITE PVNIATVR¹⁾. Quae quidem hoc rei rationes fuerint, quaeritur. Evidem vnum eius rei principium reperio, dominii rerumque priuatarum securitatem in ciuitate, in domo autem sanctitatem. Poenas enim in furto²⁾, incendio³⁾, in raptu puellarum⁴⁾ ex hoc ipso fonte manare existimo, atque id in aliis etiam gentium Germanicarum legibus reperitur, ut adeo tantopere a communi iuris criminalis natura recedere non videantur. Quae tamen omnia non ex nostris diuitiis, sed ex pristina pauperie Germanorum existimare debemus. Nihil enim Germanis et Saxonibus sanctius videbatur, quam dominium rerum, quippe et difficillimum acquisitu et necessarium usu in plagis septentrionalibus erat.

Noua poenarum capitalium ratio et caussa ex sanctitate religionis christiana et regiae maiestatis dignitate orta est. Saxones enim superstitioni et libertati pristinæ una iunctæ dediti majoribus poenis nouae religioni et ciuitati adiuvaciendi erant, quippe et clerus et Francorum reges experientia edociti didicerant, mitiora remedia in tanta Saxonum audacia non sufficere. Quamobrem hae poenae capitales propriam causam extra Saxonum tamen gentem in tyrannide cleri et victoris iure habent⁵⁾.

Violatio securitatis publicae apud Saxones poenis tam grauibus coerceri non solet, nec apud reliquos Germanorum populos; quare vulnera certam duntaxat aestimationem habent⁶) et homicidium luitur pecunia⁷), quamquam saepius capitale est, ubi tamen propria eius rei ratio et causa allegari potest⁸). Vindicta et compositio homicidii ad familiam spectat⁹). Rex autem in delictis capitalibus gratiam ex plenitudine potestatis concedere poterat¹⁰).

Tandem quae magis virtutem, quam iura aliorum laedere videntur, uti stuprum et adulterium, coercitione omnino digna existimantur, quamquam poenam capitalem non habent¹¹). Ex quibus quidem intelligitur, criminalia Saxonum iura certis regi principiis ad naturam gentis, temporisque et diuinarum rationes accommodatis, ut adeo reprehensores harum legum aut ignorantiam suam prodere aut rem ex nostri temporis philosophia existimare videantur¹²).

- 1) Exempla perquam multa ubique occurunt; Tit. IV. de furtis §. ii qui caballum furauerit, capite puniatur §. 2. qui aluearium apum infra septa alterius furauerit, capite puniatur. Tit. II. §. 8. statuitur: qui in ecclesia hominem occiderit, vel aliquid furauerit, vel eam effregerit, vel sciens periarauerit, capite puniatur. Tit. III. §. 5. capititis damnatus nusquam habeat pacem. Si in ecclesiam configurerit reddatur. CAPITVLARE de parsibus Saxonie in omnibus fere prohibitionibus addit sanctionem: morte puniatur.
- 2) LEX SAX. Tit. IV. §. 7. regulam statuit: qui in re qualunque vel alterius vel noctu trium solidorum pretium furto abstulerit, capite puniatur, et §. 4. qui noctu domum alterius vel effodiens vel effringens intravit et duorum solidi.

solidorum pretium abstulerit, capite puniatur. His poenis intendi securitatem rerum priuatarum in domo in primis, quod sanctissimum receptaculum existimabatur, meo quidem iudicio nullam dubitationem habet. Idem Frisiae placuisse, supra diximus, consentientes aliarum gentium septentrionalium leges attulit GOTTLIEB MVILLER dis. Praefide EINERTO V. CL. fragmenta obseruationum ad veterem legem Saxonum p. 29. et 30.

- 3) LEX SAX. Tit. V. §. 2. *Qui domum alterius vel noctu vel interdiu suo tantum consilio volens incenderit capte puniatur.* CAPITVLARE SAXONVM an. 797. cap. 8. hanc poenam mutasse videtur, quippe ibidem poena LX. solidorum ex iure Francorum statuitur. Hanc enim Francorum fuisse poenam ex cap. I. et II. eiusdem Capitularis, et ex capitulari Bauuariorū cap. 2-4 patet. Sed quaeritur, quae sanctio viu apud Saxones obtinuerit? MVILLERVIS c. l. p. 31. et 32. valde se torquet et contendit, hoc Capitulari derogari pristinæ Saxonum Euae, simulque putat, Legem Saxonum textu latino conscriptam, istis Capitularibus esse antiquorem, id quod ex hoc vno loco argumentatur. At vero istud capitulare Aquigrani conditum mutua Saxonum et Francorum iura definiuit, vt aequalitas inter vitramque gentem obtineret. Saxo capite, Francus LX. solidis luebat incendium, quilibet lege sua puniri debebat, ergo Francus etiam in Saxonia non capite plectendus, sed LX. solidis multandus erat, Saxonī contra apud Francos lege sua moriendus erat ob incendium, quod ne fieret ob summam inaequalitatem, vitriusque legis eadem poenae in Sexones, non in patria, vbi Eua sua iudicabantur, sed in Francia statutae fuerunt. Prologus ait: *vt de illis capitulis pro quibus Franci, sive regis bannum transgressi sunt, solidos LX. componunt, similiter Saxones fuluant, si alicubi contra ipsius bannos fecerint.* Ex quibus intelligitur, istud capitulare neque derogare legi Saxonum, nec inde patere legem Saxonum latinam istis capituloibus esse antiquorem. Textus latinus est recentior, Eua Saxonum antiquior.
- 4) LEX SAX. Tit. VI. §. 2. et 3. Tit. X. ex emtione vxorum mihi explicanda videtur. CAPITVLARE de Part.

- Sax. cap. ii. statuit: *si quis filiam domini sui rapuerit, morte moriatur.*
- 5) CAPITVL. de Part. Sax. vtriusque generis exempla habet cap. 9. *Si quis cum paganis consilium aduersus Christianos inierit, vel cum iis in aduersitate Christianorum perdurare voluerit, moriatur. Et quicunque hoc idem fraude contra Regem et gentem Christianorum consenserit, morte moriatur.*
- 6) LEX SAX. Tit. I. definitiones exhibet, quas illustrat MVILLERVS diss. eit. p. 15. seqq.
- 7) LEX SAX. Tit. II. § 1. 6.
- 8) LEX SAX. Tit. II. §. 8. *qui in ecclesia hominem occiderit, capite puniatur, et §. 10. qui homini ad ecclesiam vel de ecclesia die festo pergenti — infidias posuerit, evnque occiderit, capite puniatur, Tit. III. §. 2. quē dominum suum occiderit capite puniatur, §. 24. qui hominem propter faidam in propria domo occiderit, capite puniatur.* CAPITVLATIO de part. Sax. c. 4. *Si quis Episcopum aut presbyterum sine diaconum interficerit, capite puniatur.*
- 9) LEX SAX. Tit. II. §. 6. *Si mordumtotum quis fecerit, componatur primo in simplo iuxta conditionem suam, cuius multæ pars tertia a proximis eius, qui facinus perpetrauit, componenda est, duae vero partes ab illo, et insuper octies ab eo componatur, et ille ac filii eius soli sint faidosi.*
- 10) CAPITVLARE Saxonum cap. 10. De malefactoribus, qui vitae periculum secundum euua Saxonum incurtere debent, placuit omnibus, ut qualisque ex ipsis ad regiam potestatem configugium fecerit, aut in illius stipestate, utrum interficiendum illis reddat, aut una cum consensu eorum habeat licentiam ipsum malefactorem cum uxore et familia, et omnia sua foris patriam infra sua regna, aut in marca, ubi sua fuerit voluntas, collocare, et habeant ipsum quasi mortuum, add. CAPITVLATIO de part: Sax. cap. 13.
- 11) LEX SAX. Tit. III. §. 3.
- 12) Egregie id nuper me Praefide praestitit FR. AVG. LEO in libello: *de legum criminalium Saxoniarum antiquarum et mediis aevi ingenio.* Lips, 1786. 4to.

VII. DE

VII. DE LÉGIBVS ANGLIORVM ET WERINORVM.

§. 30.

Historia legis Anglorum et Werinorum.

Ad eandem legum familiam, quibus purum
et sincerum ius patrium continetur, ea referri
debet collectio, quae hac inscriptione supereft:

LEX ANGLIORVM ET WERINORVM HOC
EST THVRINGORVM.

Quam quidem inscriptionem retinendam et
in historia fundamenti loco ponendam existi-
mo¹).

Saxones, qui vltra Albim pristinas colebant
fedes in plures familias dispersi propriis vſi fue-
runt legibus. Legum enim, quarum historiam
supra enarrauimus, vſus et auctoritas per West-
phalam vicinasque terras intra Albim et Rhe-
num obtinuit, quod ex Wipponis testimonio
adeo claret, si quis dubitare velit. Legum qui-
bus Saxones Nordalbingi vſi fuerunt historiam
scribere animus non est²), magis enim ad septen-
trionem, quam ad Germaniam spectant; vna
tamen gens eundem in modum atque reliqui Sa-
xones leges accepisse videtur scriptas, nimirum
Angli. Varino enim qui Anglis eadem legislatio-
ne iunguntur, ad gentes flirpis Saxonicae non
retulerim, origine tamen sunt Germani ex Van-
dalarum genere, tanquam familia progressi, vi-
cini ab antiquissimis inde temporibus Anglo-

F 5

rum

rum³). Quo autem modo factum fuerit, ut cum Anglis easdem acciperent leges dicere non possum, ex communi tamen foedere et ciuitate aequali caussam repetendam puto⁴).

Hi populi seculo VI. leges sibi scripsisse videntur lingua Teutonica, quam apud populos septentrionales culturam quandam habuisse, nemmo infitias ire potest⁵). Pauca sunt primae legis capita, quae tamen ad securitatem gentis ista tempestate stabiiliendam sufficere existimabantur. Collecta ex pristinis moribus supplementis et emendationibus egere visa fuit. Quamobrem exstitit **W V L E M A R V S**, idem, qui suppleuit et emendauit legem Frisionum sit, an alias non dixerim, cui auctoritate populi legem emendare et supplere datum fuit⁶).

Tandem etiam haec lex *āvacaθægw* passa fuit regnante Carolo M. Hic enim Anglis et Warinis, mortuo Danorum rege Gothofredo inde ab anno DCCCVIII. imperauit, legemque priscam et transtulit in linguam latinam et in hodiernam rededit formam⁷).

I) *CONRING de or. iur. germ. cap. XIII. p. 37.* vt hanc legem Thuringis vindicet, Anglos et Warinos ex inscriptione delendos censem contra omnem codicum manu scriptorum fidem, sed quid de lacinia: *hoc est Thuringorum?* Hanc ab imperita manu explicationis caussa additam fuisse puto. Lex enim ipsa talen inscriptionem habere non potuit, quae enim gens duplex nomen, peregrinum et proprium, legi addet istud, vt per hoc explicetur? deinde repugnat id ipsum historiae. Thuringi quidem vicini fuerunt Saxonibus, sed non Anglis, **sec** vñquam tam arctum olim vinculum inter Thuringos et Saxones

Saxones intercessit, ut iisdem vterentur legibus. Itaque hanc laciniam vnceolis includendam puto, ut mox patet, quantumvis pretii sit et habeatur. WESTPHALEN. Praef. ad T. I. monumentorum Cimbricorum p. 101. post explosam eorum sententiam, qui has leges Thuringis vindicant, in quo numero praeter Conringium, Leibnitius, Hertius, Hachenbergius aliquie collocantur, pergit: sed haud obscurum, quin fere manifestum probaturumque alibi videtur quod Anglos fuerint veteres Saxones, Cimbr, Angli in primis sedibus Slevicensibus habitantes, Werini vero praecepit populi Herulici et Vandalici in Megapoli praecepit Rugia et Pomerania confidentes. Add. Praef. T. III. p. 26.

- 2) De Haraldo Danorum rege, qui seculo X. Saxonibus Transalbinis leges dedisse fertur, ALBERTVS STADENSIS ad annum DCCCCLXXXIII. ait: ipseque Transalbianus et Fesonum genti leges et iura constituit, quae adhuc pro tanti auctoritate viri seruare continebant; quod HELMOLDVS in Chron. Slav. lib. I. c. 15. ita refert: huius viri industria in dininis rebus fuit eximia, nihilominus tamen etiam in mundana sapientia, in his videlicet, quae ad regni gubernationem pertinentes videntur, adeo claruit, ut leges et iura statuerit, quae pro auctoritate viri, non solum Dani, sed et Saxones adhuc hodie seruare contendunt. Quam quidem narrationem in dubium non voco, nego tamen id de legibus, quarum historiam scripsimus, resserri. Erant enim plures aliae Saxonum gentes Danis vicini, in quibus Haraldus extitit legislator.
- 3) TACITVS de Mor. Germ. cap. 40. Anglos et Varinos iungit.
- 4) DE WESTPHALEN Praef. T. III. p. 26. litt. X. certe, inquit, Werinorum leges non leges ciuitatis cuiusdam — sed communes totius amplissimaeque gentis Vandalicæ, cuius pars in Megapoli confederat, leges fuerunt.
- 5) Praeter CL. WORMIVM de runica literatura, HICKESVS Praefat. Thes. p. 23. seqq. MASCOVIVS Obs. XXVIII. ad Historiam gentium Germanicarum et in primis DE WESTPHALEN Praef. Monument. Cimbr. T. III. praemissa, cum magno eruditiois apparatu id ipsum demonstrauit.

6) LEX ANGL. Tit. V. cap. 12. seqq.

7) Regiae potestatis meminit LEX ANGL. Tit. X. §. 9.

§. 31.

*De natura et sanctionibus legis Anglorum
et Werinorum.*

Lex Anglorum et Werinorum cum lege Saxonica in multis iuris publici et priuati capitibus congruit, nec tamen ex eadem legi latrone manavit, quanvis ex eodem fonte, ex moribus nimirum Saxonum antiquissimorum hausta fuit. Quatuor ordines gentis fundamenti loco ponuntur, adelingi, liberi, liti et serui¹⁾; iura dominii rerumque priuatarum cum successione definiuntur, ut adeo condominium gentilitium et successio vere Germanica inde intelligatur²). Ipsae res priuatae in mobiles et immobiles diuiduntur, illarum autem quaedam ad filios, quaedam ad filias pertinent, eaque in hi videntur antiquissima Geradae et Heergewettæ vestigia³). Filia, quae sine patris aut tutoris consensu nubit, hereditate et bonis excidit⁴).

Iudicia et modus procedendi eadem, quae in aliis legibus deprehenduntur, iuriurandum cum confasamentalibus⁵), duelum et campio⁶), et iudicia diuina seu ordalia⁷). Criminalia autem iura mitia sunt et fere ad humanitatem composta, ut ne unus quidem poenae capitalis easus memoretur⁸), ideoque legem in hoc capite legi Saxonicae plane contrariam deprehendamus. Aestimatio

matio vulnerum et hominum etiam hac lege continetur⁹⁾ et vindicta homicidii cum praedio ad heredem transit¹⁰⁾. Manum clerici ex imperio Carolingico mihi deprehendere videor¹¹⁾, sed nulla iuris peregrini vestigia, ut adeo haec lex purissima et sincerissima ex limpidissimo iuris patrii fonte hausta et ex ipsa Germanorum veterum natura expressa videatur¹²⁾.

1) LEX ANGL. Tit. I. § 1.-4. Tit. IX.

2) LEX ANGL. Tit. VI de Alodibus successionem Germanicam ita exprimit, ut integrum adscribere titulum iuuenum causa operae pretium existimem. Lex ita sancit: *Hereditatem defuncti filius non siscipiat, si filium non habuit qui defunctus est, ad filium pecunia et mancipia, terra vero ad proximum paternaे generationis consanguineum pertineat. Si autem nec filiam habuit, soror eius pecunianas et mancipias: terram proximus paternaे generationis accipiat. Si autem nec filium, nec filiam, neque sororem habuit, sed matrem tantum superstitem reliquit, quod filii vel sorori debuerunt, mater siscipiat, id est, pecuniam et mancipia. Quod si nec filium, nec filiam, nec sororem, aut matrem dimisisti superstites, proximus qui fuerit paternaे generationis, heres ex toto succedat, tam in pecunia atque mancipientiis, quam in terra. Ad quemque hereditus terras perueniret, ad illum vestis belica, id est lorica, et ultio proximi et solutio leudis, debet pertinere. Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittat, filiae vero spolia colli, id est murenas, nuscas, monilia, inaures vestes, armillas, vel quidquid ornamenii proprii videbatur habuisse. Si nec filium, nec filiam habuerit, sororem vero habuerit, sorori pecuniam et mancipia, proxima vero paterni terram relinquat. Usque ad quintam generis terram paterna generatio succedat. Post quintam filia ex toto, siue de patris siue maris parte in hereditatem succedat, et tunc denum hereditas ad fusum a lancea transfert.*

3) LEX ANGL. Tit. VI. §. 5. et 6. paulo ante memorata.

4) LEX

94 LIB. I. DE LEGIBVS GERMANORVM ANTIQVIS

- 4) LEX ANGL. Tit. X. §. 2.
- 5) LEX ANGL. Tit. I. §. 4. Tit. II. §. 1. et 2. Tit. III. §. 1. et 2.
- 6) LEX ANGL. Tit. VII. §. 4. Tit. VIIH. Tit. XV.
- 7) LEX ANGL. Tit. XIV. ait: *Si mulier maritum veneficio dicatur occidisse, vel dolo malo ad occidendum prodidisse, proximus mulieris campo eam innocentem efficiat: at si campionem non habuerit, ipsa ad nouem vomeres ignitos examinanda mittatur.*
- 8) LEX ANGL. Tit. XV. regulam constituit: *a duobus solidis usque ad maximam compositionem in furto et vulneribus campus iudicet.*
- 9) LEX ANGL. Tit. I. - V.
- 10) LEX ANGL. Tit. VI. §. 5.
- 11) LEX ANGL. Tit. XIII. inscriptione sua prodit temerarem iuris patrii.
- 12) editit has leges optime LEIBNITIUS SS. Rer. Brunsuic. T. I. p. 81. HEROLDVM, LINDENBROGIVM et GEORGISCHIVM praetereo, CANCIANI Vol. III. Leg. Ant. p. 31. easdem leges dedit notis tamen hinc illinc illustratas.

SECTIO III.

DE LEGIBVS GENTIVM GERMANICARVM
EXTRA GERMANIAM IN PROVINCIIS ROMANO-
RVM DEVICTIS.

VIII. DE LEGIBVS ANGLOSAXONVM
ANTIQVIS IN BRITANNIA.

§. 32.

Historia legum Anglosaxoniarum in Britannia.

In legum Germanicarum historia leges Anglosaxonicas non esse praetereundas exstimo. Initium in noua hac iurium priorum familia ab his ipsis faciendum puto, partim quia ad familiam

miliam iurium Saxonorum, de quibus supra exposuimus, pertinent; partim quia sincerissimae sunt in iis, quae extra Germaniam conditae fuerunt. Angli enim, qui ex pristinis Saxonum sedibus egressi regnum in Britannia seculo V. condiderant, non litteras solum suas, sed etiam leges Teutonicas his terris intulerunt. Romanarum quidem legum usum Romanis subactis permiserunt¹⁾ sed ipsi propriis legibus viuebant, non scriptis puto et traditionibus. Ea enim tempestate Saxones iam leges scriptas in Germania habuisse, quas Britanniae instulerint, non dixerim. Sedibus autem fixis et regime ordinato leges suas in scripturam paulatim redegerunt per sapientes morumque priorum peritos viros, auctoritate tamen regum et consensu populi²⁾. Morem enim legum ferendarum Teutonicum plene in Britannia fuisse obseruatum ex ipsis legibus patet³⁾.

Primus legislator extitit inter Anglo Saxones Aethelbertus Rex anno DCLXI. eum secutus est Clotarius an. DCLXXVIII. Eadricus DCLXXXV. Ina DCLXXXVIII. Withraedus DCLXXXI. qui omnes populis suis leges dederunt scriptas ex pristinis moribus haustas atque compositas⁴⁾, quarum usus in explicandis iuribus patriis longe lateque patet⁵⁾.

1) SELDENVS *diss. ad Fletam cap. 4.* apud HOFFMANNVM *bijstor. iur. Rom.* Tom. II. part. post. p. 112. adeo contendit Papinianum Eboraci in Britannia ius dixisse.

2) BEDA

- 2) **BEDA VENERAB.** *histor. eccl. Lib. II. cap. 5.* ait: *Ethibertum Caniti regem, inter caetera bona, quae genti suea consulendo contulerit, etiam decreta iudiciorum iuxta exempla Romanorum cum consilio sapientium constituisse, quae conscripta Anglorum sermone hactenus habeantur et obseruentur ab ea.* Porro ait: *in his primis positum fuisse, qualiter id emendare deberet, qui aliquid rerum vel ecclesiae, vel Episcopi vel reliquorum ordinum furto auferret.*
- 3) **CHR. LICHFELD** apud **LAMBARDVM** in *Archaeonomia p. 158.* ait: *Anno Guilielmus Regni sui IV. apud Londonias consilio Baronum suorum fecit summoniri per viiueros Angliae comitatus omnes nobiles, sapientes et sua lege eruditos, ut eorum leges et consuetudines audiret — — Veruntamen post mortem ipsius Edgari usque ad coronationem. Regis Edwardi — praedictae leges sopiae sunt et penitus praetermisae; — — Vnde per praeceptum Regis Willielmi electi sunt de singulis totius Anglie Comitatibus XII. viri sapientiores, quibus iure iurando iniunctum fuit coram Rege Willielmo, ut quoad possent, recto tramite neque ad dexteram neque ad sinistram declinantes, legum suarum et consuetudinum sancta parefacerent, nil praetermittentes, nil addentes, nil praevaricando mutantes.*
- 4) **HENR. SPELMANNVS** *Gloss. v. Lex Anglorum* p. 358. **DREYER** de usu Iur. Anglo Saxonici p. 254. - 263. **DE WESTPHALEN** Praef. T. III. Rer. Cimbr. **NICOLSOHN** apud **WILKINS**. epistola de iure feudali veterum Saxonum, ait: *inter leges septentrionalis scriptas pro antiquis, ne dicam antiquissimis merito habebuntur, quas Tu iam publici iuris facis, Anglo-Saxonicae, quum insitrationes gentium finitimarum vix vilae inuenientur in tabulas redactae, quae vel altioris vel aequalis sunt aetatis.* Quatenus haec historiae conueniant, ex hoc ipso libro existimari potest.
- 5) Primum has leges edidit **LAMBARDVS** in *Archaeonomia* sive de priscis Anglorum legibus Londini 1568. 140. Hanc editionem recudendam curauit ABR. WHELOCVS Cantabr. 1644. fol. qui tamem lectionem dedit emendatiorem et insuper quaedam alia ex Spelmanno et Seldeno addidit,

addidit, quorum omnium historiam inseruit epistolae
suæ NICOLSOHNIVS; optime autem DAVID WIL-
KINS in opere: *Leges Anglo-Saxonicae, ecclesiasticae
et civiles Londini 1721. fol.* edidit.

§. 33.

Denatura et sanctionibus legum AngloSaxonicarum.

Imaginem legum Teutonicarum sinceram et
genuinam exprimunt leges Anglo-Saxonicae, et
magna cum voluptate intelligimus, ne vnguem
quidem late a pristinis Saxonum moribus recep-
isse. Forma iudiciorum, quae mores maiorum
optime exprimit, plane ex ingenio et natura Ger-
manorum petita est, adsunt enim ordalia ferri in-
primis candentis et aquae feruentis ¹⁾ quorum
hoc magna cum sanctitate obseruatum et ad per-
iuria uitanda adhibitum fuit ²⁾ adsunt consacra-
mentales ³⁾. Homicidium aliqua delicta pecunia
expiantur, ut pars mulctae laeso eiusque familiae,
pars regi soluatur, atque in his etiam terris homi-
cidii persecutio ad totam familiam pertinuit ⁴⁾,
quanquam id paulatim mitigatum et abrogatum
fuit. Condominium bonorum gentilitiorum
etiam hic reperitur, quorum ususfructus adeo ad
agnatos patre mortuo et impubere reliquo per-
nit ⁵⁾, domicilium sanctitatem quandam ha-
bet, praesertim loca computationum publica ⁶⁾,
sanctissima autem sunt Regum palatia ⁷⁾. Mem-
bra omnia certam ac definitam aestimationem
habent, a qua iudicem recedere non oportet ⁸⁾,
codex enim legum in iudiciis aderat, cuius san-
ctiones

G

ctiones

ctiones in definiendis caussis adhiberi debebant⁹); multa tamen paulatim ex bibliis sacris clericorum auctoritate his legibus immixta fuerunt¹⁰).

- 1) cf. *Leges INAE Regis apud WILKINSIVM in legibus Anglo-Saxonicis cap. 77.*
- 2) Insignis est locus in iisdem legibus p. 60.
- 3) *Leges CLOTARII et EADRICI cap. 2. Leges WIHTRÆDI p. 12.* mentionem faciunt sacramentalium.
- 4) *Leges AETHELBERTI cap. 23.* aiunt: *Si homicida patria exierit, cognari eius medium ordinariam multam soluant; add. sanctio p. 43.*
- 5) *Rex INA cap. 38.* statuit: *Si maritus et vxor eius liberos inter se habeant et maritus moriatur, mater infantem suum teneat et nutriat et dentur ei sex solidi ad nutritionem, vacca in aestate, bos in hieme, cognati ipsius primariam sedem occupent, usque dum adultus sit.*
- 6) *CLOTHARIUS cap. 12.* ita: *Si quis alterum supplantar, ubi homines portant sine culpa, tuxta ius antiquum solidum persolueret ei, qui oream illam habet, et sex solidos ei, qui tunc supplantatus est et Regi XII. solidos.*
- 7) Ex *lege AELFREDI c. I. p. 26.* pugna in palatio capitaliter coercetur.
- 8) cf. *Leges AETHELBERTI et aliae plures.*
- 9) *EADWEARDVS R. p. 48.* iuber, ut Praefecti omnes iudicent secundum leges iuris, quam iustissime possunt et in libro judiciali extat.
- 10) cf. *Leges AELFREDI p. 28.*

IX. DE LEGIBVS BVRGVNDIONVM SIVE DE GVNDOBADA.

§. 34.

Historia legum Burgundiarum.

Burgundiones, gens Vandalica, seculo V. ad Alpes et Rhodanum regnum condiderant, quod postquam ab anno fere CCCCXII. usque DXXX. pro-

propriis regibus paruerat, sub potestatem Francorum redactum fuit, saluis tamen populi Burgundici legibus.

Reges Burgundici mox ab initio regni leges si non tulisse, certe iura populorum suorum ordinasse videntur. Romani quidem, qui in ipsorum ditionem redacti erant, propriis legibus usi fuerunt, quod ex moe gentium Germanicarum constitutum perpetuo obtinuit¹⁾. Burgundiones propriis usi fuerunt legibus et consuetudinibus, quamquam de praediis seu sortibus suis, etiam iure Romano contendere licuit²⁾ ipsi tamen mores et traditiones maiorum obseruauit et retinuerunt.

Singulatum constitutionum historiam enarrare non possum, in corpus autem gentis suae leges rededit Rex GUNDOBALDVS, qui exeunte seculo V. regnare incepit usque ad annum DXVI. Tria autem in vniuersa legis Burgundiae historia distingui debent tempora.

Rex Gundobaldus secundo regni sui anno (anno aerae Christianae circiter CCCCLXXXVI.) in generali populi sui concilio Lugduni composuit, emendauit, suppleuit atque edidit leges ex moribus maiorum legibusque antecessorum suorum consensu populi et optimatum haustas et in unum corpus redactas³⁾. Deinde ipse Gundobaldus Rex anno DI. ἀναθεὶται legis suae instituit⁴⁾, partim, ut emendaret, quae ipsi emenda visa fuerant, partim, ut suppleret et in ordinem redigeret nouis legibus constituta, et sic

G 2. popu-

populus Burgundicus uno vteretur legum codice, atque haec est illa Burgundionum lex, cuius formula hodieque exstat⁵).

Filius Gundobaldi Sigismundus Rex vestigia patris fecutus populi sui iura emendauit, nec tam retexuit patrium codicem, quod quibusdam visum fuit, sed nouellas edidit leges, quae additamenta vocantur⁶).

Leges hae in gente Burgundica perpetuum vsum obtinuerunt etiam sub imperio regum Francorum⁷), Burgundiones ubique terrarum lege sua viuebant, inde a connata lege Gundobadingi appellati⁸). Cum aliis Germanicarum gentium legibus seculo demum XII. vsu fori expulsae fuisse reperiuntur. In explicandis iuribus patriis vsum harum legum esse, mox patebit.

- 1) PROLOGVS Legis Burgundiae haec habet: *inter Romanos vero interdicto famili conditione venalitatis criminis, sicut a parentibus nostris statutum est, legibus Romanis praecipimus iudicari, qui formam et expositionem legum conscripsam, qualiter iudicent, se nouerint accepti, ut per ignorantiam se nullus excuset. Itaque Rex Gundobaldus promittit, se nouum legum Romanarum corpus confectionum, quod an praefliterit, infra videbimus; Lex Burgundica Tit. LX. §. 1. Romanae et barbaricae consuetudinis meminit.*
- 2) LEX BVRC. Tit. LV. §. 2 de finibus vtriusque iuris regundis haec constituit: *Quod si enim Romanus, hoc est, hospes ipsius adhibere prasumserit, utrumque XII. solidos inveniatur exsolueret, et causam Romanis legibus terminari. Sane si ex eiusdem agri finibus, quem Barbarus ex integro cum mancipiis publica largitione perceperit, fuerit contentio generata, licebit ei seu pulsatus fuerit, seu ipse pulsauerit, Romano iure contendere.*
- 3) Historiam legis in Prologo contextuuit Rex, ubi haec: *cum de parentum nostrisque constitutionibus, pro quiete et quietitate*

LIBRARY OF THE STATE LIBRARY
OF BURGENLAND
WITTENBERG
1912-1913
CAP. III. SECT. III. DE LEGIB. BVRGVNDIONVM. 101

vilitate populi nostri impensis cogitaremus, quid possimum de singulis causis et titulis honestatis, disciplinae, rationi et iustitiae conveniret, coram positis optimisibus nostris, universa pensavimus: et tam nostra quam eorum sententia, mansuris in acuum legibus sanguinis statuta prescribi; et in fine: constitutionis vero nostrae seriori placuit etiam adiecta comitum subscriptione firmari, ut definitio, quae ex tractatu nostro et communione omnium voluntate conscripta est, etiam per posteros custodita perpetuae actionis teneat firmitatem. Add. GREGORIVS TURON. Hist. Franc. Lib. I. cap. 12. et 13. qui recte notat, negotia aliquius momenti ad ordinis regni simil spectare.

4) LEX BVRG. Tit. XXXXII, et Tit. XXXXV. in subscriptione Abieni Consulis incminit, incidit autem Abieni senioris consulatus in annum DL, et iunioris in annum Dlf. Deinde Tit. LI. Agapitus Consul memoratur, qui secundum Conringium de Or. Iur. Germ. c. VI. anno D. praefuit, ex quibus intelligitur anno DL nouum legis codicem fuisse conditum.

5) Prioris legis, anno II Gundobaldi Regis conditae saepius fit mentio; Tit. I. cap. 1. haec: *Quia nihil de praefixa paribus donandi licentia, vel munificentia, dominantium legibus fuerat constitutum, praesenti constitutione omnium uno voto et voluntate decreuimus, ut patri etiam antequam diuidat, de communi facultate et de labore suo cuilibet donare liceat, absque terra fortis titulo acquisita, de qua prioris legis ordo servabitur.*

Tit. XXIXIII. de donationibus tractat, sancit autem de ultimis voluntatibus: Tit. XXXXVII. pluribusque alijs superiorum legum fit mentio, quae emendantur et corrigitur, caue omnia iterata mibi prodere videntur editionem.

6) Duo sunt legis Burgundiae addimenta, quae consensu optimatum condita secundum Add. I. Tit. XX. et principium Addit. II. ipsi legi subiunguntur. Tribuenda haec esse SIGISMUNDO Regi ideo puto, quia legibus claruit. cf. MASCOVII Geschichte der Deutschen Vol. II. p. 22. num. 4. et Obseru. III. §. 4. HERTII Notitia Vet. Germ. Popul. P. III. c. 4. §. 7.

- 7) *Capitulare CAROLI M. an 813.*
 8) *CAPITVLARE an. DCCLXXXIV. cap. 43. CAPITVL.
 Aquisgr. an. DCCLXXXIX. c. 62. Gundobadingorum
 meminit; ipsa Lex Burgundica appellatur Gundobada,
 in LL. Longob. Lib. II. Tit. LV. cap. 22.*

§. 35.

De natura et sanctionibus legis Burgundicae.

Lex Burgundica ex pristinis Germanorum moribus hausta omnino legum patriarchum sanctiones complectitur, sors in condominio gentis constituta esse censetur, ut nec donari, nec alienari possit¹⁾ plura successionum iura ex consuetudinibus Germanorum expressa reperiuntur²⁾, in quibus etiam memoranda est separatio librorum prioris matrimonii in casu secundarum nuptiarum³⁾. Eintio vxorum⁴⁾ et alimenta viidue post mortem mariti praestanda⁵⁾ ipsa renatales suos produnt; consacramentales⁶⁾ et iudicium duellicum⁷⁾ et omnis fere iudiciorum ordo morum patriorum imaginem fistunt⁸⁾ ut hospitalitatis iura a Burgundionibus liberaliter ex ipsa legi sanctione exercita⁹⁾ taceam.

Quaedam tamen huius legis capita, a pristinis Germanorum moribus recedere videmus. Primo quidem memorandum est, legum Romanarum vim in ipsis sanctionibus omnino deprehendi, quod inter medios Romanos euitari non potuit¹⁰⁾, sed pauca in utilitatem ecclesiarum statuta leguntur, quippe Gundobaldus Rex Arianae religioni addictus fuit, atque inde lex Gundobada clericis catholicis valde exosa fuit.

Iura

Iura criminalia aliquid ex iure Romano traxisse videntur, nam praeter poenam capitalem homicidio statutam ¹¹⁾, tortura etiam adhibetur ¹²⁾, et duriores quaedam functiones huic genti propriae omnino adsunt ¹³⁾, quas tamen magis ad vindictam priuatam referendas ¹⁴⁾ ideoque excusandas et raro aut non exercitas crediderim ¹⁵⁾.

- 1) LEX BVRGVND. *Tit. I. c. 1.* *Tit. LI. c. 1.* *Tit. LXXVIII.*
- 2) LEX BVRGVND. *Tit. XIV.* *Tit. LXXV.* Gerada etiam *Tit. LI. c. 3* memoratur filiabusque prae filiis addicitur.
- 3) LEX BVRGVND. *Tit. I. c. 2.*
- 4) LEX BVRGVND. *Tit. XV. c. 3.* *Tit. LXI.*
- 5) LEX BVRGVND. *Tit. LXIX.*
- 6) LEX BVRGVND. *Tit. VIII. c. 1.*
- 7) GVNBALDVS REX *Tit. LV.* sacramenti loco, ut euitarentur periuria, armis decertandum permisit. Calamum contra strinxit AGOBARDVS singulari libello, adversus legem Gundobaldi et impia certamina quae per eam geruntur *Opp. T. II. p. 107.* Ineptissima esse haec iudicia, nemo negat, sed meminisse oportuisset Agobardum, inueteratam hanc fuisse Germanorum confitudinem, neque soli Gundobaldo id imputari posse. Diutius autem hunc morem obtinuisse apud Germanos ex iis patet, quae DREYERVS von den ehemaligen gerichtlichen Duellgesetzten, in der Sammlung vermischter Abhandlungen. P. I. p. 139. differuit.
- 8) Itaque temperandum erit iudicium HOFFMANNI in Spec. de orig. et natura legum Germ. p. 51. de hac lege, qui dubitat vestigia consuetudinum patriarcharum in hac lege comprehendendi.
- 9) LEX BVRGVND. *Tit. XXXVII.* sed huic legi repugnare videtur *Tit. XXXIX. cap. 1.* vbi statuitur: *quicunque boninem extraneum cuiuslibet nationis ad se venientem suscepit, discutiendum iudici praeferet,* ut cuius sit, tormentis adhibitis, fateatur. At enim haec sanctio de seruis fugitiis tractat.

104 LIB. I. DE LEGIEVS GERMANORVM ANTIQVIS

- 10) LEX BVRGVND. Tit. XXXXVIII. c. 1. de testamentis
traçlat, quorum etiam meminit Tit. LX. c. 3. porro
Tit. LXI. c. 1. Tit. LXXIV. et LXXV. ex iure Roma-
no lumen aecipiunt; Addit. I. Tit. I. cap. 7. Lex Theo-
dosii de servitute luminis vel aeris commemoratur.
- 11) LEX BVRGVND. Tit. XXXXIII. c. 1. seqq. eam legem
vocat rationabilem, vt intelligatur recedi a pristinis mo-
ribus. Id autem ex pristino iure Tit. IV. c. 1. superest,
vt furtum equi et bouis capite puniatur.
- 12) LEX BVRGVND. Tit. LXXVII.
- 13) Pauca exempla legam. Tit. XXXIX. cap. 1. statuitur:
*Si qua mulier maritum suum, cui legitime iuncta est,
dimiserit, necetur in luto.* Modum definire videtur
TACITVS de Mor. Germ. cap. 12. ignavos et imbellas,
inquit, et corpore infames coeno ac palude, iniecta in-
super crade, mergunt. Tit. XXXV. c. 2. *Si ingenua
puello voluntarie se seruo coniunxerit, utrumque iube-
mus occidi.*
- 14) LEX BVRGVND. Tit. XXXV. cap. 3.
- 15) Antiquae Burgundionum leges Lyon 1611. prodiere. Ex-
stant etiam apud HEROLDVM in libris originum et an-
tiquitarum p. 131. et LINDENBROGIVM Cod. LL.
Antiqu. p. 483. GEORGISCH Corp. Iur. Germ. p. 333.

X. DE LEGIBVS WISIGOTHORVM
IN HISPANIA.

§. 36.

*Historia legum singularium a regibus in regno
Wisigothico latarum.*

Late patet legum Wisigothicarum historia, igitur distinctim omnia proponam, nulla tamen iuris publici atque feudalisatione habita¹⁾). Primum quidem constat Romanos in Hispania et Provincia subactos leges retinuisse suas²⁾), quarum singularia sata in regno Wisigothico infra expo-

exponam. Cui enim non dictum est Breuiarium Alaricianum? multis tamen tenebris omnis haec historia circumfusa est quas dispellere studebo. Hoc loco legum Wisigothicarum historiam perlequar. Primum de singulis legibus breui dicam.

EVRICVS Wisigothorum Rex (an. 466-484) primus regnum legibus scriptis fundauit, quae veteribus leges Theodoricianae appellantur³⁾) plures post hunc condiderunt leges, inclaruit autem LEWIGILDVS, qui in emendandis et supplendiis Eurici legibus versatus est⁴⁾). GVNDEMARVS⁵⁾ († 612.) SISIBVTH⁶⁾ († 621) et SISENANDVS († 636) leges etiam tulerunt, in primis tamen pluribus legibus inclaruerunt CHIN-
DASVINDVS († 642.) eiusque filius RECE-
SVINDVS († 652.) qui leges Romanas adhuc in-
ter Romanos ex codice Alariciano visitatas plane
prohibuerunt, ut tota ciuitas solis Gothorum
legibus regeretur⁷⁾). Rex WAMBA († 680)
leges quasdam superioribus addidit⁸⁾ plures au-
tem tulit ERWIGIVS⁹⁾ († 687) EGICA
(† 700) legislatorum in regno Wisigothico ul-
timus inclaruit¹⁰⁾, quanquam post eum Wititza
et Rodericus regnarunt, qui anno DCCXI. a Sa-
racenis vicit, ultimus ex antiqua Gothorum
prosapia Rex fuit.

3) *De iure publico, foedali et militari dixi im Versuch über das Staats-, Kriegs- und Lehnrecht des Westgotischen Reichs in Spanien apud ZEPERNICK V. CL. in der Sammlung auserlesener Abhandlungen aus den Lehnrechten IV. Tb. p. 223.*

- 2) ATAVLPHVS REX Wisigothos in Galliam et Hispaniam CCCCXII. et CCCCXIV. duxit primaque regni fundamenta iecit. OROSIVS Lib. VII. c. 29 memoriae prodidit Romanis lege sua viuere permisum. Gothos autem nullo modo parere legibus posse propter effrenatam barbariem. Etenim Ataulphus Rex gentem suam legibus Romanis mancipare cupiens, id efficere non potuit tam ob barbariem, quam ob proprietorum iurium amorem. Edictum anni CCCCXII. exstat quidem apud GOLDASTVM Conflitt. Imp. T. III. p. 586. Suppl. at enim falsum et ex narratione Orosii effictum est, quod demonstrauit in Historia Legum Wisigoticarum in regno Hispaniae veterem Spec. I. (Lips. 1783. p. 5. et 6.)
- 3) ISIDORVS Hisp. in chronico ad an. DVII. ait: sub hoc rege Gothi legum instituta scriptis habere cooperunt, nam ante tantum moribus et consuetudine tenebantur. SIDONIVS APOLLINARIS Lib. II. ep. I. leges Theodoricianas memorat, quas Eurici esse leges, distinxit Spec. I. Hist. Leg. Wisigoth. p. 7. et 8.
- 4) ISIDORVS c. I. ad an. DVIII. aerae Hispanicae.
- 5) LEX WISIGOTH. Lib. IV. Tit. I. cap. 19.
- 6) LEX WISIGOTH. Lib. XII. T. II. cap. 13. et 14.
- 7) CHINDASVINDVS REX Leg. Wisigoth. Lib. II. Tit. I. cap. 9 ait: alienae gentis legibus ad exercitium utilitatis, imbuimus et permittimus et optamus: ad negotiorum vero discussionem et resultamus et probemus. Quamvis enim eloquitis polleant, tamen difficultatibus barent: adeo cum sufficiat ad iustitiae plenitudinem, et praeserutatio rationum, et competentium ordo verborum, quae codicis huius series agnoscitur continuere, nolumus siue Romanis legibus, siue alienis institutionibus amodo amplius conuxari; quod RECESVINDVS etiam cap. 10. his verbis confirmat: nullus prorsus ex omnibus regni rostri, praeter hunc librum qui nuper est editus, arque secundum scribam huius modo translatum librum alium, pro quoconque negotio in iudicio offerre pertinet: quod si praefunperit, XXX. libras auri fisco persoluat. Index quoque, si vetitum librum sibi postea oblatum disrumpere fortasse distulerrit, praedictae damnationis dispendio subiacebit. Illos tamen a dampno huius legis immunes esse iubemus, qui praeteritas et anterio-

anteriores leges non ad confutationem harum legum,
sed ad comprobationem praeteritarum causarum proferre
in iudicio fortasse voluerint.

- 8) LEX WISIGOTH Lib. IV. Tit. V. cap. 6. et 7. Lib. IX.
Tit. II. cap. 8.
- 9) LEX WISIGOTH Lib. II. Tit. IV. c. 7. Lib. IX. Tit. I.
cap. 8. et 9. Tit. II. c. 9. Lib. XII. Tit. III.
- 10) LEX WISIGOTH Lib. II. Tit. I. cap. 34. Lib. II. Tit. II.
cap. 10. Tit. V. cap. 4. 18. et 19. Lib. III. Tit. V. Lib.
V. Tit. VII. c. 19. - 21. Lib. VI. Tit. I. c. 3. et 4. Tit.
V. c. 13.

§. 37.

Historia codicis legum Wisigothicarum.

Auctis Gothorum legibus de codice earum
condendo solliciti fuere Reges. In ipso legum
codice quatuor inclarerunt Reges SISENAN-
DVS, CHINDASVINDVS, RECESVINDVS et
EGICA. Regnante Sisenando in concilio To-
ledano IV. anno circiter DCXXXIII. praeter
alias leges publicas et ecclesiasticas, antiquissi-
ma legum Gothicarum collectio ex moribus pa-
triis scriptisque legibus facta fuit, quae lingua la-
tina more seculi concepta postea temporis au-
tem sapienti consilio in usum populi et iudicum
in linguam Gothicam translata fuit¹). Rex Chin-
dasvindus auxit corpus legum Gothicarum, ab-
rogatisque Romanorum legibus toti populo, tam
Romanis, quam Gothis, promulgavit²). Exem-
plum patris fecutus est Recesvindus, qui anno II.
regni sui codicem legum a patre consecutum
emendauit, auxit et repetita legum Romanarum
abrogatione toti populo promulgavit³); tandem
Egica

Egica Rex *avana Tagow* istius codicis instituit et ordinibus regni in concilio Toledano XVI. rete-xendum et supplendum ex nouis legibus dedit ⁴⁾. Itaque corpus legum Wisigothicarum, quale ho-die exstat viginti circiter annis ante, quam Sar-a-ceni regnum occuparunt, coaffectus fuit.

Auctoritate Regis et ordinum in conciliis con-gregatorum consensu haec omnia confecta fue-runt, auctores autem codicem Theodosianum imi-tati legislatorum nomina in constitutionum inscrip-tionibus retinuerunt, quin tamen quasdam sanctiones reperirent, de quarum origine nihil relatum erat, ut ne vacua esset inscriptio, simu-lque origo, quoad fieri posset, indicaretur, A N-TI QV A ⁵⁾ inscribebant.

- 1) Inscriptio codicis Gothici haec est: *Este libro fu fecho de Sesenta e Seys Obispos en o quarto Conceyo de Toledo ante la presencia du Rey Don Sisnando an o tercero ano que el regno en a era de Seglecionos e ochenta e un anno Rey Sisnando. cf. FRANZ PISA Historia de la Ciudad de Toledo L. I. p. 18.* Caeterum ipsi inscriptioni er-ror inest. Annus enim aerae Hispanicae DCXXXI incidit in annum Christi DCXXXIII. quo anno Chinda-suindus regnauit. Cum tamen inscriptio et Sisenandum regem et quartum concilium Toledanum prae se fert, quod anno circiter DCXXXIV. habitum fuit, hunc ipsius codicis annum esse existimo.
- 2) **LEX WISIGOTH.** Lib. II. Tit. I. c. 9.
- 3) **LEG. WISIGOTH.** Lib. II. Tit. I. c. 1. ait Rex: et ideo harum legum correctio, vel nuucliarum nostrarum sanctionum ordinaria construcio, sicut in hoc libro et ordinatis titulis posta, et subsequenti est serie annetata; ita ab anno secundo regni nostri, a duodecimo Kalen-darum Novembrium, in cunctis personis ac gentibus nostra amplitudinis imperio, subiugatis innexum sibi a nostra gloria obtineat valorem, et inconuulso celebritatibus oraculo

oraculo valitura constat; et cap. 5. haec refert: quoniam nouitatem legum vetustas malorum exigit, et innovare leges veterinas peccaminum antiquitas imperavit; ideo leges in hoc libro conscriptas ab anno secundo bonae memoriae domini et genitoris mei Chindasuindi Regis, in cunctis personis ac gentibus nostris amplitudinis imperio subiugatis, omni robre decernimus ac iugis mansuras obseruantia consecramus: ita ut relatis illis, quas non aequitas iudicantis, sed libitus impreseparat potestatis, euocatisque iudiciis et omnibus scripturis eorum ordinatione confectis, hae solae valeant leges, quas aut ex antiquitate iuste nouimus, aut tenemus, aut idem genitor noster, vel pro aequitate indiciorum, vel pro austerioritate culparum visus est non immerito condidisse, protatis seu connexis aliis legibus, quas nostri culminis fastigium indiciali praesidens throno, eoram uniuersis Dei sanctis sacerdotibus, cunctisque officiis palatinis, iubente Domino atque fauente, audientium uniuersali consensu edidit et formauit ac suae gloriae titulis annotauit.

- 4) In concilio Toledano hoc decretum: illis procul dubio legum sententiis reservatis, quae ex tempore diuinae memoriae praedecessoris nostri, domini Chindasuindi Regis usque in tempus domini Wambani principis ex ratione depromptae ad sinceram iustitiam vel negotiorum sufficientiam pertinere noscuntur.
- 5) Nemo, quantum eidem memini, quid sibi velit Gothorum Regum: ANTIQVA explicare aggressus est, multi tamen in iuris Canonici PALEA, quod forte ex codice Wisigothico lumen capit, versati fuerunt. Praecipuan codicis Gothicici ~~avexedagov~~ institutu Recesuindus, qui etiam capitum inscriptiones ordinasse videtur; Lib. II. Tit. II. cap. 5. ait: hae solae valeant leges, quas aut ex antiquitate iuste nouimus, aut tenemus, aut idem genitor noster visus est non immerito condidisse, protatis seu connexis aliis legibus, quas nostri culminis fastigium indiciali praesidens throno annotauit. Quatuor itaque legum genera constituit Rex, primum, quas ex antiquitate iuste nouimus, ideoque de quarum auctoribus constat, vti leges Gundemari, Sisebuti aliorumque Regum; alterum, quas ex antiquitate iuste tenemus, id est, quae a maioribus conditae per usum et quasi per manus ad posse-

posterioritatem traditae fuerunt, de quarum latoribus tamen non constat, veluti leges Eurici, Lewigildi, aliorum; tertium, quas genitor noster Chindasvindus Rex condidit, quartum, quas ipsi condidimus. Itaque alterum genus legum ex antiquitate supereris codici inferendum erat, nec tamen constabat de auctoribus, quod ut significaretur, inscriptione facta fuit: **ANTIQUA** id est, sanctio ex antiquitate per usum retenta et codici inserta. Exempla exstant Lib. V. Tit. III. aliquique locis, qui omnino antiquissima iuri patrii vestigia demonstrant.

§. 38.

*De versione legum Visigothicarum sub titulo:
Liber iudicium seu Fuero Iuzgo.*

Leyes Gothicas latina lingua conscriptas, simul tamen in linguam Gothicam fuisse translatas paulo ante diximus. Huius versionis historiam breui persequar, praesertim cum video viros doctissimos harumque rerum facile peritissimos se expedire non posse^{1).}

Differt nimirum a latino legum codice versio antiqua in usum iudicium et populi confecta, **FORVS ANTIQVVS**, olim **LIBER IVDICVM**, hodie **FVERO IYZGO** appellatus²⁾. Est autem haec versio, vti codex latinus in XII. libros diuisa, eaque fere, quae in latinis legibus leguntur, in versionem translata fuere, nec tamen verbum de verbo reddere studuit interpres. Quo tempore facta fuit haec versio, certo definiri nequit, inscriptione, quam attulimus, Regem Sisenandum quidem et concilium Toledanum quartum prae sefert, sed haec ex inscriptione latini codicis confecta primam codicis latini editionem indicat, non versionem. Itaque vim probandi inscriptioni inesse nego.

RECE-



RECESVINDVS auctor versionis fuisse videtur. Ipse enim codicem legum latinarum cum hac ipsa versione memorat, inque caussarum disceptationibus allegari permisit. Vtrum patris, an suum codicem fundamenti loco posuerit, facile dubitari nequit, equidem tamen puto iteratam codicis Wisigothici editionem fuisse versam, ut hoc modo absoluta legum fieret latio³). Quemadmodum autem codici latino leges nouellae fuerunt insertae, ita id ipsum etiam in versione factum est, ut vterque codex iisdem libris ac titulis absoluueretur, in singulis tamen capitibus saepius discrepans deprehenderetur⁴). Superest hodieque in Hispania ille forus antiquus seu liber iudicum, de vsu tamen hodierno quicquam definire non audeo⁵).

- 1) cf. IOH. DAN. RITTER progr. de foro antiquo Gotborum regum Hispaniae bodie Fueno Iuzgo Witt. 1770. 4to,
- 2) Titulum versionis §. 37. num. I. adiunxi; liber iudicium autem etiam medio aevo appellatur hic codex. *Tabulæ anni MLXXXI. apud PETRVM DE MARCA in Marcia Hisp. App. donatio perficitur ex libro iudicium, quo tex- tus latinus Leg. Wis. Lib. V. Tit. I c. 1. significatur.*
- 3) Princeps locus est LEX WISIGOTH. Lib. II. Tit. I. c. 10. vbi Rex Recesvindus ait: *praeter hunc librum, qui nuper editus atque secundum seriem huius a modo transla- tum librum alium legum nullus offerre pertinet.*
- 4) RITTERVS e. I. vtriusque codicis discrimina ita tradit: *nihilominus tamen magna supererat differentia. Nam in legibus conuertendis interpretes ex arbitrio egerunt, ut voces, sententias, periodos, vel omitterent vel adde- rent, alias leges e codice suo eiicerent, alias vero in eum recipierent. Inscriptiones legum praesertim differunt, quod facile infinitis exemplis docere possem, si opus esse videretur. Habet praeterea forus prologum satis lon- gum*

gum legibus octodecim instrūctum, qui abest a codice Pithecano latino, et recte quidem, quantum indicare valeo, cum formulam veteris regni Gothici, in Toletanis concilii statutam contineat, et ad ius publicum potius pertinere videatur. Maximam autem differentiam inter utrumque codicem, et quod ad leges ipsas et eorum inscriptiones attinet, deprehendimus libro duodecimo. Tituli I. lex 3. tribuitur in codice Latino Recisiundo Regi, diciturque, confirmatam et editam eam esse in concilio. Haec vero lex, cum canones de accusatis sacerdotibus, de tributorum relaxatione, de vidua Regis, servis fiscalibus, alisque rebus contineat, de quibus in Concilio XIII. Toletano actum, ab interprete est omisita, quia eius loco sequentia notauit: Esta Ley está en el texto latino, y como por ella pare ce es hecha en confirmación de uno de los tres concilios Toledanos, congregados en tiempo de Rey Ervicio: y fue el 13 en orden de los celebrados en Toledo, en el 4. anno de su Reino, era 721. año del Señor 683. Ex Hispanico igitur emendandus est codex latinus, quo lex Regi Recisiundo male tribuitur. Titulo tertio codicis latini insertae sunt leges viginti octo; quas Erwigius Iudeis potissimum opposuit, quae omnes in foro desiderantur. Apparent vero eorum loco leges Sisnandi Regis octo, quas ille aduersus iniurias et calumniatores dedit. Locum hunc exscripti, quia plerosque hic errantes deprehendi.

- 5) Editio optima haec est: *Forus antiquus Gothorum Regum Hispaniae, olim liber indicum, bodie Fuero Iurgo numeratus XII. libros continens auctore Alfonso a Villadiego I. V. D. ac Mantuano ciue et Aduocato Madriti 1609. fol. WALCHIVS V. ILL.* itaque emendandus, quia forum antiquum Gothorum Regum pro codice latino habet, deinde Alphonsum a Villadiego illum codicem in linguan Hispanicam transtulisse ait.

§. 39.

Vtterior legum Wisigothicarum historia.

Leges Wisigothorum usum in primis in regno Wisigothico habuerunt, tam in Gallia, quam in Hispania. Regibus Gothorum ex Gallia depulsi,

sis, usus tamen legis Gothicæ remansit, quippe Germani etiam viatis Germanis lege sua vivere permittebant¹⁾). Deinde Goths a Mauris deuicti magno agmine in Galliam sub Francorum tutelam et potestatem concesserunt, quibus Reges Francorum legum suarum usum sponte indulserunt²⁾). Quibus modis factum est, ut leges Wisigothicæ late per Provinciam Galliamque manarent.

An Saraceni Gothis deuictis legum suarum usum concesserint, non disquirro, probabile id mihi videtur, quippe Gothi liturgiam adeo retinuerunt suam. In novo Gothorum regno usus legum Wisigothicarum perpetuo obtinuit, reperio tamen magis codicem latinum, quam versionem Gothicam in manibus iudicium fuisse, quod ex rationibus medii aevi facile intelligitur³⁾). Seculo XII. usus istarum legum euinci potest⁴⁾, paullatim autem, uti leges Germanorum fere omnes, seculo XII et XIII. in desuetudinem abierunt, quamquam ex primitis Gothorum legibus multae in Hispania supersunt consuetudines, multa etiam iuris noui capita ex iure Germanico et Gothicō repetita et promulgata fuerunt⁵⁾.

Gothi extra patriam legibus suis etiam vixerunt, inde non solum in Hispania et Gallia legum Gothicarum mentio fit, sed in Italia etiam aliisque regionibus, modo ne putas ipsum legum Gothicarum codicem ab aliis gentibus fuisse receputum⁶⁾). Post Saxones Goths legum patriarcharum tenacissimi fuerunt, quippe etiam haec gens sua

H

origine

origine et fortitudine superbire solebat. Go-
thum appellari honor erat.

- 1) CHRONOGRAPHVS apud CATELLVM Hisp. Occitan.
p. 338. refert: Franci anno DCCLIX. Narbonam obsi-
dent, datoque sacramento Gothis, ut si ciuitatem tra-
derent partibus Pipini, permetterent eis legem suam
habere, quo facto Gothi Saracenos occiderunt et ciuita-
tem partibus Francorum reddiderunt. IOANNES
P. P. VIII. anno circiter DCCCLXXX. conqueritur le-
gem Gothorum in Hispania et Gallia obseruari, nec ta-
men villam de sacrilegio ibidem reperi sanctiōnem cf.
ALTESERRA Rer. Aquit. Lib. III. cap. XI.
- 2) CAROLVS Calvus Praecepto pro Hispanis anno
DCCCXXXIV. dato apud BALVZIVM Tom. II. p. 27.
Tit. VI. c. 3; ait: liceat ipsis secundum eorum legem —
iudicia terminare et praeter hanc tria (crimina, homi-
cidium, raptum et incendium) et de se et de eorum ho-
minibus secundum propriam legem omnia mutuo defini-
re, cap. 7. iuxta legem eorum succedant.
- 3) Multis tabulis usus legum Gothicarum euinci potest. PE-
TER DE MARCA in App. Marcae Hisp. num. XXXIX.
tabulas afferit anni DCCCLXXIV. quibus reus liberta-
tem suam tuerit ex lege Gothicā, iudices autem pro-
nunciant secundum Leg. Wisigoth. Lib. V. Tit. VII.
cap. 8 In charta anni DCCCLXXXIX. num. XXXIX. iu-
dices dicunt: perquisiuimus in lege Gothorum, allegant-
que verba Lib. VII. Tit. V. c. 2. vt adeo codicem ip-
sum in confessu iudicii ad manum habuissse videantur.
In notitia iudicatiā. DCCCCLXXXIX. num. CXXXIII.
dicitur: in lege reperimus scriptum, locus autem est Leg.
Wisigoth. Lib. II. Tit. IV. c. 2. Atque vt pateat, quo
modo iudices olim rationes suas subduxerunt, Tabulas
an. MXIX. num. CLXXXI. quibus causia, de allodio
tractatur, quod inuaferat Hugo Comes, afferam, qui-
bus p. 1015. haec sunt: Nos creati iudices Guillelmus,
Guiffredus, atque Bonus filius, per omnes auſtoritates
legum quae ad hanc rem pertinent consignamus et con-
tradicimus in potestate atque iure Ermessendis Comitiae
supradictique filii sui Berengarii supra scriptum alodem
de

de Vlastredo cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis; et quidquid Hugo ex praedicto alode praesumtus inuasit et abstulit, totum tibi Ermessendi Comitissae et filio tuo Berengario Comiti consignamus, et de potestate iurisfessoris in vestro dominio reducimus perenniter habendum et quiete possidendum. Igitur ut hoc iudicium maneat incontulsum, gradatim sententia legum communiuimus. Et ut cunctis perpeteat, quod Hugo Comes ante iudicium non debuerat usurpare quod usurpauit a potestate possessorum, primo iudicamus ut cartam venditionis, quam Hugo Comes afferebat fecisse in minoribus annis, ante debuerat comprobari utrum ita esset, quam res quae per ipsam tenabantur, inuiae fuisse. Dehinc iudicamus ut si aliquis pro hac carta venditionis violentum aut pro aliqua re alia esse sibi Raymunda Comitem astruxisset, secundum legem, quae continetur libro V. titulo VI. capitulo sexto debuerat astruere, quae ita dicit: „Si viuentis cuiuslibet manifesta culpa non apparet, nefas esse non dubitandum et ut eum quisquis postobitum manifeste sibi reum accuset. Ne ergo in fraude heredis defuncti quicunque post haec talia conetur praesumere huius legis sancti redargni se nouerit: scilicet ut si quis quemlibet defunctum violentum sibi aut peruersorem suac rei sive directorem seu debitorem fuisse adstruxerit, eumque quocunque illicitum secundum superiorem ordinem dixerit perpetrasse, non alter eius assertioni credatur, nisi per quamcunque scripturam aut testificationem legitimam id verum esse indubitanter edoceat.“ Sed quia haec Hugo Comes non expectauit; idcirco iuuisionem de praescriptis rebus fecit. Et lex quae continetur libro V. titulo IV. ita dicit capitulo XX. „Si quis rem, quae est per iudicium repetenda, priusquam adversarium legaliter id est iudicialiter supereret, ita vendiderit alicui aut forsan tradiderit occupandam ut absque audiencia iudicis priuetur dominium possessoris, ipse qui possedit per execucionem iudicis, rem quae occupata fuerat statim recipiat, nec de eius postmodum repetitione concendat, etiam si causa sit bona petentis.“ Sed quia Hugo solet dicere quod Petrus Syrus iudeo illi tradidit supra scriptas res occupandas, scimus quod iam dictus Hugo illi iudici primo mandauit atque delibera-

rando tradidit eas ad occupandum et in suo dominio recuperandum, et pro eo quod ita fecit, sicut inasor iudicabitur, quia rem, antequam vinceret, inuadi fecit. Et lex quae continetur Libro VIII. titulo I. capitulo V. ita dicit inter alia: „Quod si non expectata discussione id quod ab alio possideretur aut iuris alterius esse dignoscitur inuaserit, omne quod abstulit vel praesumptius inuaserit, tam in mancipiis quam in ceteris rebus, duplum rei restituat de cuius iure visus est abstulisse vel singulorum annorum fruges, quas inde fideliter collegisse iurauerit, peccatori compellatur exsolvere.“ Et altera lex, quae continetur hoc libro et titulo capitulo VII. dicit ita: „Nullus domum inquietet absentis nec in expeditione publica constituti; et si quod praeiudicium recipere potuisset, absente eo quem fuerat conuenturus, inuaserit, reddat in duplum. Si vero illud inuaserit quod per nullum iudicium illi debebatur, reddat in triplum.“ Hoc quoque in aliis capitulis legum, quae ad hanc rem pertinent, invenietur. Plura exempla rerum ex legibus Wisigothicis iudicatarum reperiuntur num. XXXX. num. XXXXI. num. CLXXXII. num. CCIV. num. CCVI. num. CCXII. num. CXXX. num. CCXXXLIV. num. CCCII. num. CCLXXIX. num. CCLXXXII.

- 4) Tabulis an. MC. apud PETR. DE MARCA num. CCCXXVI. legitur: secundum Gothicam legem iusfe et irrefragabiliter decreuit; charta an. MCXXXI. num. CCCLXXXIX. Lex Wisigoth. Lib. V. Tit. II. c. 6. citatur et in Pace Alphonsi Regis publica an. MCLXXIII. num. CCCXLVI. dicitur: proditores dominorum suorum, qui secundum consuetudinem scriptam innocentiam suam purgare voluerint. Innuiri hoc loco Leg. Wisigoth. Lib. VI. Tit. I. c. 3. ex ipsa re intelligitur.
 - 5) GEORGE ERNST DE FRANCKENAV haec omnia disquisuit in opere: *Sacra Themidis Hispanae arcana. ALPHONSVM X. nouum legum codicem VII. partitus an. 1260. complexus est, qui in locum iurium antiquorum sucessit.*
 - 6) *Anctor vitae LUDOVICI Pii ad an. DCCCXX. refert: in palatio quoque Bero, comes Barcinonensis, quum impetreretur a quadam Sanita et infidelitatis uigueretur, cum eodem secundum legem propriam, utpote quia veterque Gothus erat, equestris praelio congressus est et vicitus.*
- Capita-

Capitularibus Regum Francorum subinde mentionem legum Gothicarum fieri, ex CAPITVL. CAROLI M. Lib. VI. cap. 269. et Lib. VII. Add. VI. c. i. patet.

§. 40.

De natura et sanctionibus legum Visigothicarum.

Difficile est codicis Wisigothici naturam brevi definire, per partes itaque eundum erit, ut hac de re statuatur. Manauit autem ille codex partim ex iure patrio, partim ex iure Romano, partim etiam mixti iuris sanctio[n]es reperiuntur. Atque id aliter eueni[re] non potuit. Cum enim vtraque gens eidem subflet imperio, vtrumque etiam legum genus ab initio regni valeret, postea autem ex uno codice legum vterque populus iudicari deberet; necesse fuit, ut optima quaeque ex vtroque iure haufsta et in unum codicem relata ad vnam ciuitatem accommodarentur.

In vniuersa ciuitatis forma, legumque feren-
darum ratione fundamenti loco ponitur ius pa-
trium, iura personarum magna ex parte secun-
dum mores maiorum definiuntur. Dos a mari-
to data vxori ¹⁾ matrimonium par et consanguineo-
rum matrisque consensus in nuptias ²⁾ liberi
matre orbi pupilli ³⁾ iura viatoris in paseendo
equo, boue et asino ⁴⁾ patronorum donationes
clientibus suis factae ⁵⁾ apum iumentarum iura ⁶⁾
terrae in culturam sub annuo canone, in primis
per precariam epistolam datae ⁷⁾, originem Teu-
tonicam produnt; e contrario legum Romana-
rum auctoritatem indicant testamenta puberum ⁸⁾

H 3 vetita

vetita pignoratio⁹⁾ tutoris inuentarium¹⁰⁾ ut multa alia praeterem. Mixti autem iuris esse videntur, quae de successionibus¹¹⁾, et tutelis¹²⁾ aliisque rebus praecipiuntur.

Iura criminalia propriam ex utriusque iuris commixtione acceperunt naturam. Processus accusatorius plene receptus et constitutus fuit, tortura Romanorum cum aqua feruente Germanorum iungitur, homicidium morte¹³⁾ vulnera et laesiones secundum certam taxam luuntur¹⁴⁾, inque criminibus talia etiam ponuntur, quae alioquin notam criminis non habent¹⁵⁾ principio tamen talionis magna ex parte poenarum quantitas regitur,

Caeterum hic legum codex aliis gentium Germanicarum legibus antecellit tam philosophia, quam stilo¹⁶⁾. Ingenio enim et cultura Gothorum gens prae aliis populis inclaruit, quamquam in lege Wisigothica, nec philosophiam nec stilum vitiis carere dixerim. In originibus iuriuum hodiernorum inuestigandis egregiam etiam praefat utilitatem¹⁷⁾ ideoque aliarum gentium Germanicarum legibus, hunc codicem antependum puto¹⁸⁾.

1) LEX WISIGOTH. Lib. III. Tit. I. c. 5.

2) LEX WISIGOTH. Lib. III. Tit. I. c. 7 et 8.

3) LEX WISIGOTH. Lib. IV. Tit. III. c. 1.

4) LEX WISIGOTH. Lib. VIII. Tit. IV. c. 27.

5) LEX WISIGOTH. Lib. V. Tit. III. quem titulum de iure feudali Gothorum exponentem loco citato explicavi.

CAP. III. SECT. III. DE LEGIE. WISIGOTHORVM. 119

- 6) LEX WISIGOTH. Lib. VIII. Tit. VI. quem explicaui in
diff. iuris Romani et Germanici de iuribus apum Lips.
1773. Praeside SEGERO.
- 7) LEX WISIGOTH. Lib. X. Tit. I. cap. 11—13.
- 8) LEX WISIGOTH. Lib. II. Tit. V. c. u.
- 9) LEX WISIGOTH. Lib. V. Tit. VI. c. I.
- 10) LEX WISIGOTH. Lib. IV. Tit. III. c. 3.
- 11) LEX WISIGOTH. Lib. IV. Tit. II.
- 12) LEX WISIGOTH. Lib. IV. Tit. III.
- 13) CODEX LL WISIGOTH. Lib. VI—IX. iura criminalia
continet. Principium Lib. VI. Tit. I. c. 2. memorabile
est: *speciali constitutione decernimus ut persona in-*
ferior nobiliorem se vel potentiorem inscribere non praes-
fumar; de accusationum iure tractat Lib. VI. Tit. I.
et Tit. V. cap. 14—16.

CHINDASVINDVS REX Lib. VI. Tit. III. c. 7. de in-
fanticidio sanxit: *nihil est eorum prauitate deterius, qui*
pietas immemores, filiorum suorum necatores existunt.
Quorum quia vitium per prouincias regni nostri sic in-
oleuisse narratur, ut tam viri, quam foeminae sceleris
huius auctiores esse repperiantur. Ideo hanc licentiam
probientes decernimus: ut seu libera seu ancillanatum
filium filiamque necauerit; sive adhuc in utero habens,
aut potionem ad auoratum acceperit, aut aliquo quoconque
modo extingere partum suum praesumferit, mox
prouinciae index, aut territorii, ut tale factum repa-
rerit, non solum operatricem criminis huius publica
morte condemnnet: aut si vitae referuare voluerit, omnem
visionem oculorum eius non moretur extingnere. Sed
etiam si maritum eius talia iussisse vel permisisse patu-
erit, eundem etiam vindictae simili subdere non recuse.
De homicidio tractat Tit. V.

- 14) LEX WISIGOTH. Lib. VI. Tit. IV. c. c. 3.
- 15) LEX WISIGOTH. Lib. V. Tit. IV. cap. 22. statuit: *ut*
quoties cunque hunc codicem constituerit venundari, non
amplius quam XII. solidorum numerum accipere ven-
ditori, vel dare ticebit emtori. Si quis vero super hunc
precii numerum accipere vel dare praesumferit C. flagel-
orum iElibus a iudice verberari se nouerit. Est omni-
no sanctio albo lapillo notanda.

120 LIB. I. DE LEGIBVS GERMANORVM ANTIQVIS

16) LEX WISIGOTH. *Lib. I. Tit. I. de legislatore tractat;*
Tit. II. de lege, vt alia philosophici argumenti capita
taceam.

17) Vnum exemplum promam. LEX WISIGOTH. *Lib. XI.*
Tit. II. cap. 2. ait: dum transmarini negotiatores in-
ter se casum habuerint, nullus de sedibus nostris eos
audire praefunat, nisi tantummodo suis legibus audian-
tur apud telonarios suos. Memorabilis mihi videtur
hic locus in originibus consulum mercaturae gratia misis.
Telonariis tribuitur iurisdictio in populares suos merca-
tores in regno Gothorum, ipsis autem Gothorum iudicibus
interdicitur hac iurisdictione. Haec prima esse et antiquissi-
ma consulum mercatorum vestigia, persuasissimum sum,
origines itaque ex principio isto; quemlibet sua lego vinere
et negotiar et mori, repetendas puto. Post MVRATO-
RIVM de his consulibus bene expousuit VIR EXCELL.
DE STECK, spec. obseru. subsecuuarum, quanquam an-
tiquissimas has origines quemquam vidisse non commi-
misi. Formam hodiernam in expeditionibus cruciatis
acepisse, ex ipsis mediis aeui monumentis scimus.

18) Editiones huius legis hae fere memorantur. Antiquissi-
ma editio est

PETRI PITHOEI codex legum Wisigothicarum cum
Isidori Hispanensis Ep. de Gotbis, Vandalis et Suevis hi-
storia seu chronico Parisiis 1579. fol.

WILH. FORNERIVS easdem leges CASSIODORI va-
riis subiunxit Parisiis 1589. fol.

ANDR. SCHOTTVS Hispan. illustrat. T. III. Frf.
1603. fol. recudendas curauit, LINDENBROGIVS aliis-
que codicibus legum Germanicarum inscruerunt eas-
dem leges.

DON RODRIGO SCAREY lecturas in leges fori His-
panici Salamancae 1556. scripsit. Etiam in hac lege
nouo editori multa superesse, ex iis patet, quae SEN-
KENBERG vom lebhaftem Gebrauch der deutschen Rechte
p. 23. ex codice membranaceo attulit.

XI. DE

XI. DE LEGIBVS OSTROGOOTHORVM IN
ITALIA SEV DE EDICTO THEO-
DORICIANO.

§. 4¹.

Historia iuris Gothici in Italia.

In Italia, legum Romanarum patria, paulatim Germanorum iura sata, iuxta leges Romanas adoleuerunt. Gothi primi fuerunt, qui mores patris Italæ solo intulerunt, hos secuti sunt Longobardi, quos exceperunt Franci Salii et Ripuarii, tandem ipsi Germani successerunt. Hoc loco de Ostrogothis dicam.

Ostrogothi potens regnum in Italia regnante Theodorico considerant. Sumnum quidem imperium p[otes]t[us] Gothorum reges erat, comiter tamen Imperatorum Byzantinorum venerabantur maiestatiem¹). Theodoricus in primis, in aula Constantinopolitana eductus magnum rerum legumque Romanarum imbibebat amorem²). Itaque Romani legibus suis, regnibus in Italia Gothis, v[er]si fuerunt, Gothi contra mores et consuetudines suas sequebantur, atque ut iustitia rite administraretur, inter Romanos Romanus, inter Goths Gothus iudicabat, vtrisque autem litigantibus Gothus quidem iudex erat competens, ita tamen ut iuris Romani peritus adhibetur in consilium³). Atque ita vtriusque gentis iura moderabatur Theodoricus R. qui non solum vestitu Romano animum prodebat suum,

H 5

scd

sed palam etiam Romana iura et instituta, Gothicis longe antepouebat ⁴⁾). Atque ut more Romano imperare videretur, senatum Romanum valde coluit ⁵⁾), usum multorum priuilegiorum iuriumque eidem concessit, splendorem urbis litterarumque studium ita promouit, ut Augustum Romae regnare existimares.

- 1) Senatus Romanus in *Litteris ad Imperatorem apud BARONIVM ad annum DVX. se vocat: Senatum Vestrum, SPONIVS Miscell. p. 277. hanc assert inscriptionem:*

*Saluis Domino nostro Zenone Augusto
et glorioſiſſimo Rege Theodorico,*

Numis, quos cuidebat Theodoricus suam et Imperatorum imaginem imprimebat, ex quibus omnibus tamen non subiectionem, sed venerationem quandam intelligere mihi videor. IO. GARETIVS in *Operibus Cassiodori* doctissime atque ex ipsis legum fontibus omnia illustravit, quaedam delibauit CANCIANI Vol. I. LL. Ant. p. 1. seqq.

- 2) THEODORICVS apud CASSIODORVM *Var. Lib. I. cap. I. ad Anastasium Imp. scribit: hortamini me frequenter, ut diligam Senatum, leges Principum gratanter amplectar, ut cuncta Italiae membra compenam.* IORNANDES cap. 57. ait; tertioque anno ingressus in Italianam Zenonisque Imperatoris consulito habitum sua que gentis vestitum reponens, quasi iam Gothorum Romanorumque regnator adjunxit.

- 3) VAR. *Lib. III. ep. 3. haec sunt: cum Deo iuvante scimus, Gothos nobiscum habitare permixtos, ne qua inter confortes, ut adfolet, indiscretatio nasceretur, necessarium duximus, idum sublimem virum, bonis nobis moribus hactenus comprobatum ad vos comitem destinare, qui secundum edita nostra inter duos Gothos item debet amputare. Si quod etiam inter Gothum et Romanum natura fortasse fuerit negotium, adhibito sibi prudente Romano certamen poterit eequabiliter ratione discussgere, duos autem Romanos Romani audiant, quos per preuenit.*

prouincias dirigimus cognitores, ut unicuique sua iura seruentur et sub diueritate iudicium una iustitia complectatur vniuersos. Add. VAR. Lib. IX. ep. 14.

- 4) VAR. Lib. III. ep. 17. ad Gothos in Gallia scribit. *Libenter parendum est Romanae confusitudini, cui estis post longa tempora restituti. Atque inde in antiquam libertatem Deo praefante revocati, vestimini moribus tagatis, exuite barbariem, exuite mentium crudelitatem, quia sub aequitate nostri temporis non vos decet vivere moribus alienis.* cf. IAC. GOTTERID Prolegom. Cod. Theod c. 3.
- 5) cf CASSIDORI Var. Lib. VI. ep. 12. Lib. IX. ep. 26. IORNANDVS cap. 59. GIANNONE Hist. Neapolit. Lib. III. c. 2.

§. 42.

Historia et natura edicti Theodoriciani.

Reges Ostrogothorum singulas dedere leges, quas edicta more Romano vocarunt.

Adfunt enim Theodorici, Athalarici, Amalafrunthae, Theodohatis, Vitigis et Totilae leges ac constitutiones ¹⁾ in quibus omnibus eminent editum Theodoricianum. Triumphum splendidissimum egerat Theodoricus Rex anno D. et ut felicia essent regni et seculi auspicia editum pluribus capitibus constans promulgauit, quo praecipua inter vitrumque populum ordinaret iura, et vinculo legum uno e communi iungeret. Vtrique enim genti hoc editum esse datum ex ipsis verbis patet ^{2).}

In mentem autem legum Romanarum haec legum latio omnino concepta fuit, pleraque sanctiones ex ipsis constitutionum Caesarearum codici

codicibus veterumque iure consultorum scriptis, quorum auctoritas ex Valentinianni III. constitutione, publica et legitima facta fuerat, expressae fuerunt³⁾, quibus Theodoricus R. id intendit, ut Gothos suos paulatim legibus Romanis adsueceret. Irrepere tamen quaedam capita, quae ex pristinis Germanorum moribus explicari debent⁴⁾, ut si non Romanum, hibridum tamen hoc edictum, iudice Pithoeo, videatur.

Praeter hoc edictum suis iuribus vtebantur Romani, Goths consuetudinibus suis, reges etenim, qui post Theodoricum imperarunt quasdam tulierunt leges, quarum tamen tanta non fuit auctoritas⁵⁾. Iustinianus euertit regnum Gothorum in Italia, profugere Goths ad Francos, usus tamen legum Gothicarum in Italia sub Carolidis appareret, quae utrum sint edictum Theodorici et consuetudines Ostrogothorum, an codex legum Visigothicarum, definire non audeo⁶⁾.

1) cf. GOLDASTVS T. III. *Conſt. Imp.* p. 92. seqq. et *Tomo uno Conſt. Imp. num. IV.* seqq.

2) Legislator in edicto suo ait: *nos cogitantes generalitatis quietem — praefentia iussimus edicta pendere, ut salua iuris publici reverentia et legibus omnibus cunctorum devotione seruandis, quae Barbari Romanique sequi debant, super expressis articulis, edictis praefentibus eiusdem cognoscant.*

3) Exempla quaedam allegabo. EDICTI THEODOR. cap. I. ex PAVLLI Rec. Sent. Lib. V. Tit. XXIII. c. io. EDICT. THEODOR. cap. V. ex COD. GREGOR. Lib X. Tit. I. §. 2. petitum, atque hoc L. 7. Cod. Iust. quomodo et quando index e. c. etiam continetur. Edicti Theodor. cap. XVI. seqq. in Cod. Theod. de raptu vel matr. san-
ctimon.

climon, legitur, et que cap. XXVIII. vsque ad cap. XXXIII. constituantur ex legibus Romanis expressa fuerunt. Legislator in fine edicti ait: *quae ex nouellis legibus et veteris iuris sanctimonia pro aliqua parte collegimus.*

- 4) Ex moribus aliquid traxisse videntur cap. 33. cap. 56. et cap. 67. edicti Theodoriciani. HEINECCIVS *Antiqu. Germ. T. I. p. 298. §. 16.* aliter iudicat, sed suum quicque iudicium habet.
 - 5) cf. CASSIOD. *Var. Lib. IX. cap. 18.*
 - 6) PETRVS PITHOEVIS separatam *Parisis* edicti Theodoriciani curauit editionem; LINDENBROGIVS ex codice manucripto suppletum *collectioni sua* inseruit, plenumque etiam *Variis CASSIODORI* adiungitur, ediditque etiam GEORGISCHIVS. *Corp. Iur. Germ. p. 2199. GOLDA-STVS T. III. p. 18.*
- CANCIANI Vol. I. *Legum Antiqu.* p. 1. seqq. exhibet: *Edicta Regum Ostrogothorum et Magni Aurelii Cassiodori senatoris formulas cum notis in Athalarici edicta et in formulas, quas ex Guilhelmo Fornario, Petro Broffaeo et Francisco Iureto depropmisit Ioannes Garetius.*

XII. DE LEGIBVS LONGOBARDORVM IN ITALIA

§. 43.

Historia legum Longobardicarum in Italia.

Nostram diligentiam nunc exigit juris Longobardici civilis historia. Haec late patet siue tempora, siue usum et effectum consideres, ipsam historiam secundum tria tempora persequar.

a) HISTORIA LEGVM LONGOBARDICARVM IN ANTIQVO LONGOBARDORVM REGNO.

Longobardi, populus familiae Suevicae Germanus, Saxonum vicinus, relictis patriis sedibus versus Bohemiam ad Danubium usque processerunt,

runt, Pannoniam ab Ostrogothis relictam occupauunt, mortuo autem Iustiniano Italiam anno DLXVIII. rege Alboino petierunt, expugnarunt regnoque fundato, cuius regia erat Pavia, Exarchatu tamen, qui Romam etiam cum Ducatu Romano complectebatur, excepto, imperarunt usque ad annum DCCLXXIII. quo Desiderius Rex victus ipsiusque regnum Longobardorum potestati Francorum, salua tamen iuris publici priuatique formula, subiectum fuit¹).

Longobardi ab initio, vti aliae gentes Teutonicae, incerto iure et consuetudine felicissime tamen regebantur²), primus leges scriptas genti suae dedit, Rex ROTHARIS qui anno DCXXXIII. ex gentis suae traditionibus codicem legum scriptarum auctoritate ordinum et vniuersi populi conficiendum curauit³), quem nouo edicto auxit GRIMOALDV Rex simulque suppleuit et emendauit⁴), LIVTPRANDVS Rex post hunc legum ferendarum studio excelluit, optimasque genti suae dedit leges, tam ab initio, quam in progressu regni sui⁵). RACHIS Rex anno regni sui altero quaedam in legibus regum priorum emendauit⁶), quod exemplum sequetus est AISTVLPHVS circa annum DCCLIII. qui ultimus in regno Longobardorum veteri existit legislator⁷). Populus enim Longobardorum bellis finibusque mox proferendis mox defendendis occupatus, legum emendandarum ferendarumque studium omisit et Desiderius Rex

Rex non legibus, sed infelici regni sui interitu
inclaruit.

- 1) Ad historiam Longobardorum praeter PAVLVM DIACONVM, CHRISTIVM, alias, commendari meretur MARIAE LVPI codex diplomaticus ciuitatis et ecclesiae Bergomatis notis et animaduersoribus illustratus Vol. I. — 1784. fol.
- 2) PAVLVS DIACONVS Hist. Longob. Lib. III. c. 15. erat sane, inquit, hoc mirabile in regno Longobardorum nulla erat violentia nullae struebantur insidiae, nemo aliquem intusse angariabat, nemo spoliabat; non erant furta, non latrocinia, uniusquisque, quo libebat securus sine timore pergebat.
- 3) PAVLVS DIACONVS Lib. IV. c. 44. ait: *Hic Rotharis, Rex Longobardorum, leges, quas sola memoria et usu retinebant, scriptorum serie compositum, codicemque ipsum edictum appellari praecepit.* Erat autem iam ex quo Longobardi in Italiam venerant annus septuagesimus septimus, sicut idem Rex in sui editi testatus est prologo. Prologi verba haec sunt: *in nomine Domini, incipit editum, quod renouauit cum Primitibus meis iudicibus, Ego in Dei nomine Rothar Rex, Vir Excellentissimus, septimus decimus Rex gentis Longobardorum, anno Deo propitiante regni mei octauo, aetatisque trigesimo octavo, indictione secunda, et post aduentum in provinciam Italie Longobardorum, ex quo Albuin tunc temporis rege, procedente diuina potentia adiuti sunt anno septuagesimo sexto feliciter. Datum Ticini in palatio.* Quae quidem omnia in annum DCXXXIII, congruere, facile doceri potest.

ROTHARIS REX in prologo, de legibus suis ita: *necessarium esse prope ximus praesentem corrigerem et compone-rem legem, quae priores emendet et quod deest adiliat et quod est superfluum absindat. Et in unum prouidimus volumen compleendum, quatenus licet unicuique, salta lege et iustitia, quiete vivere et propter operationem contra inimicos laborare, seque fuosque defendere fides. Ex quo loco patere videtur, antiquorem apud Longobardos adfuisse legem, sed pristinas consuetudines esse intelligendas ex Epitogo editi cognoscitur.* Rex Rotharis ait: *Leges patrum nostrorum, quae scriptae non erant, condidimus;*

dimus, et pro communi omnium gentis nostrae utilitate expeditunt, partem consilio, parique consensu cum Primatis, Indices, cunctumque felicissimum exercitum nostrum augentes constituiimus, in hoc membranatum scribere iussimus. Pertractantes, et sub hoc tamen capite reseruantes, ut quod adhuc adnuente diuina clementia per subtilem inquisitionem de antiquis leges Longobardorum tam nosmetipos, quam per antiquos homines memorare potuimus, in hoc editio adiungere praenudimus. Addentes, quin etiam per garathinx secundum ritus gentis nostrae confirmantes, ut si haec lex firma et stabilis, quatinus felicissimis futuris temporibus firmiter, et inuiolabiliter ab omnibus nostris constituantur.

Leyes Longobardorum in concilio populi vniuersi a Rege et Primatis fuisse conditas multis testimonios probari potest. LIVTPRANDVS REX apud SIGONIVM de regno Italiae Lib. III. p. 58. ait: una cum omnibus iudicibus de Austriae et Neustriae partibus meis Longobardis et cuncto populo affidente. —

Hoc singulare est in his legibus, quod Longobardorum Reges ex inspiratione diuina leges suas prouenire palam fatentur. LIVTPRANDVS REX in prologo libri I. ait: recolimus, quoniam robustissimus decessor noster, atque eminentissimus Rothar Rex, sicut ipse est in scriptis effatus suis, superius in Longobardis editum renouauit, atque instituit, ubi et prudenter inserere curauit dicens, ut quisque Longobardorum Princeps eius successor superfluum, quod ibi reperiret, ex eo sapienter auferret, et quod minus innueniret Deo inspirante adiiceret. Post hunc enim gloriissimus Grimoald Rex, quae illi secundum dominum placita fuerunt, minuit et ampliavit. Cuius nos normam sequuti, diuinitus, ut credimus, inspirati, simili modo ea, quae iuxta Dei legem nobis congrua apparuerunt, subtrahere et addere decreuimus, sicut et in praesenti pagina scribere iussimus.

Ex superstitione hoc assertum, non ad auctoritatem legibus conciliandam, quae Graecorum et Romanorum fuit fallacia, prouenire arbitror; quippe iura populi et ordinum in legibus condendis salua fuere. ROTHARIS R. Edieli sui c. 2. inspirationem quandam iam statuere videtur.

4) PAV.



- 4) PAVLVS DIACONVS Lib. V. cap. 33. refert: hic editio,
quod Rotharis Rex compasuerat, aliqua quoque capitula
legis, quae ei utilia visa sunt, adiecit. In prologo
tempus ita definitur: Dominus Grimoaldus, excellen-
tissimus Rex gentis Longobardorum, anno Deo proprio
regni mei sexto, mense Iulio, indictione XI. per sugge-
sionem indicum omniumque consensum, ea quae illis
dura et iniqua in hoc editio visa sunt ad meliorem sta-
tum et dementium remedium corrigere et reuocare
praeuidimus.
- 5) PAVLVS DIACONVS Lib. VI. c. 58. hunc regem vocat
legum augmentatorem, recte omnino. Nam magna
extat legum multitudo, quas tulit Liutprandus, distri-
butae sunt in sex libros prologis suis instructos, sextus
autem liber plures sectiones cum prologis continet, se-
cundum tempora, quibus latiae fuerunt leges.
- 6) Historiam legislationis RACHIS R. in prologo editi ita
refert: quoniam glorioissimus ac praecessor Rotharis Rex,
Longobardorum gentis Princeps, sibi Deo inspirante
leges inferuit, atque innouauit, ut omnes intentiones
ac dissensiones malorum regali studio rescavaret. Et qui-
den statuit, ut cuncti successores eius, quando sibi Deo
inspirante aspera et dura cognoscerent ad mollitatem et
pietatis gratiam adducerent. Deinde successor eius,
Grimoaldus Excellentissimus Rex, dum studiose ac vi-
gilantur singulorum consideraret necessitatem, ea quae
illi melius complacuere, ad cultum salutis emendauit,
correxit, et plura etiam necessaria augendo in unum
adiunxit. Post hunc vero glorioissimus et orthodoxae
fidei cultor, atque huic gentis Gubernator, et noster
per misericordiam Dei omnipotentis nutritior Liutprandus
eximus et praecellus ac sacerdottissimus Princeps, persi-
stens in Dei operibus cotidianis vigiliis, omni pudicitia
et sobrietate ornatus, sicut a Deo promeruit, per ipsius
inspirationem omnia decenter exposuit, et in Edicti
pagina cum suis Longobardis Indicibus confirmavit. Id
circo per Redemtoris nostri prouidentiam Ego divino
auxilio Rachis Rex praeexcellentissimus et eximius
Princeps anno Regni mei secundo II. die Calendarum
Martiarum, indictione XIV. dum cum gentis nostrae,
id est Longobardorum Indicibus, tan de Neufriac, quam
de

de Austriae, vel de Tusciae finibus, vniuersa, quae ab antecessoribus nostris statuta sunt, sollicito considerarem, quaedam ibi iusta, et quaedam purganda inuenimus.

7) **LEX** in prologo ait: *Anno primo felicissimi regni nostri in Dei nomine die Calendarum Martiarum indictione VII. conuocatis ex diuersis paribus regni nostri iudicibus communi consilio in editi paginam affigi statuimus.*

§. 44.

Vlterior legum Longobardicarum historia.

8) **ALTERVM TEMPVS INDE AB ANNO
DCCLXXIII. VSQUE AD ANNVM
CCCCCLXIII.**

Regnum Longobardorum in Italia, Desiderio Rege deuicto, paruit Francorum Regibus, sed nihil in ipsa regnandi formula innouando se Reges Longobardorum appellarunt¹⁾). Extinctis in Italia Carolidis Longobardi reges proprios sibi creauerunt, qui tamen inter turbas, seditiones et bella ciuilia de regno fundando legibusque muniendo fere non cogitarunt; donec **O T O M.** Germanorum Rex debellatis Longobardorum Regibus regnum Italicum imperiumque Romanum aeterno foedere Germaniae subiecit, qua de re infra dicam²⁾).

Reges Francorum, adhibitis in consilium utriusque regni ordinibus, nouas in regno Longobardico condiderunt leges, quibus formula regni publica aliquanto mutata et firmata, ius priuatum autem emendatum et suppletum fuit³⁾).

Exceluit emendando legum Longobardicarum codice

CARO-

CAROLVS M. qui multa capita addidit ⁴⁾ filius
PIPPINVS Longobardorum Rex ex propriis regni
Longobardi potestate et malestate tulit leges, LV-
DOVICVS Pius Imperator, LOTHARIUS I. et
LVDOVICVS II. in legibus emendandis et sup-
plendis etiam versati fuerunt ⁵⁾, atque hi fere
erunt Francorum Reges, qui gloriam legibus in
regno Longobardorum sibi pepererunt. Ex eis,
qui Francos in Italia secuti fuerunt, vnuſ QVIDO
Imperator vna lege, quae ad codicem Longo-
bardicum referri solet ⁶⁾, apud posteritatem me-
morabilis est.

- 1) Ex legibus et diplomatis atque vniuersa historia id pa-
tet. MVRATORIVS de exteris gentibus, quae post de-
clinationem Romani imperii Italiam affixerunt aut fibi
subiecerunt, Antiqu. Ital. T. I. diff. I. p. 18. recte ait
initium regni Carolingici in Italia ab anno DCCLXXIV.
esse computandum. A regno Longobardico distingui
oportere Romanum cum ducatu suo, constat. CAROLVS
tabulis an. 777. in Codice Laurishaimensis Abbatiae
Diplm. p. 90. num. VIII. ita: *Carolus gratia Dei Rex
Francorum et Longobardorum ac Patricius Romanorum.*
Formulam cuiusvis populi propriam fuisse, multis probare
nolo, distingui, ex multis in Codice Carolino apud CEN-
NIVM intelligitur tabulis.
- 2) Prologi id edocent satis clare. PIPPINVS Italiae Rex,
Caroli M. filius, audite, inquit, qualiter placuit nibi
Pippino, excellentissimo Regi gentis Longobardorum,
cum adessent nobiscum singuli Episcopi, Abbates et Comi-
tes et reliqui Fideles nostri Franci et Longobardi.
- 3) CAROLVS M. in Additamentis ad Capitularia cap. 156.
ait: *Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi
CCCCI. Indictione IX. Anno vero Regni nostri in
Francia XXXIII. in Italia XXVII. Consulatus autem
nostri primo, cum Italianam propter virilitatem sanctae
Dei ecclesiae ac Pronincipiarum disponendarum venisse-
mus, et multae atque diuersae per urbes singulas ante
conspicuum*

conspicuum nostrum quaestiones tam de ecclesiasticis, quam de publicis, ac priuatis rebus discuterentur, plerique statuta recitata ex Romana, seu Longobardica Lege competenti sententia terminata sunt; quedam vero in nostri examini arbitrium ad tempus dilata, quorum iudicialis sententia a legislatoribus aut penitus omessa est, aut a posteris obliuioni tradita. Quocircum nos considerantes utilitatem nostram et populi a Deo nobis concessi, ea quae ab antecessoribus nostris Regibus in editis legis Longobardicae ab ipsis editae praetermissa sunt, iuxta rerum et temporis considerationem addere curauimus, solliciti ut necessaria, quae legi defuerant, supplerentur, et in rebus dubiis non quorundam Iudicium arbitrium, sed nostrae Regiae auctoritatis sententia praevererent.

Ex quibus intelligitur Carolini sibi legum ferendarum tribuere potestatem. At vero in litteris ad filium Pippinum anno, vti videtur DCCCVII, datis apud BALVIZIVM in Capitularibus Caroli M. c. 153. audiuitus, inquit, etiam, quod quedam capitula, quae in lege scribi iussimus, per aliqua loca aliqui ex nostris ac vestris dicunt, quod nequaquam illa prouecta sint ad nostram notitiam, nec per nosmetipos esse condita, et ita nolunt ea obedire nec consentire, nec pro lege tenere. Tu valde nosti. quomodo vel qualiter tecum locuti sumus de ipsis capitulis. Et ideo monemus tuam amabilem dilectionem, ut per uniuersum Regnum tibi a Deo commissum ea nota facias, et obedire et implere praeceprias. Quae omnia tamen non excludunt confensum Ordinum in Italia atque Pontificis summum in vrbe Roma, id quod ex ipsis CAROLI M. Legibus apud CANCIANI Vol. I. p. 148. intelligitur.

- 5) Exstant horum legislatorum sanctiones apud MVRATORIVM SS. Rer. Ital. T. I. P. II et GEORGISCH Corp. Iur. Germ. p. 1234. 1251. et CANCIANI Vol. I. Legum Germ. p. 148. seqq.
- 6) QVIDONIS Augusti leges apud GEORGISCH p. 1211. seqq. leguntur.

§. 45.

Vlterior legum Longobardicarum historia.

v) TERTIVM TEMPVS HISTORIAE IVRIS
LONGOBARDICI INDE A CONIVNCTIONE
ITALIAE CVM GERMANIA.

OTTO M. Germanorum Rex anno circiter
DCCCCLXII. regnum Italicum sibi et Germa-
niae subiecit, imperiumque Romanum cum di-
tione sua Germaniae ita adiunxit, ut Rex Germa-
norum Romae simul imperaret et impetrata Ponti-
ficiis summi coronatione Rex et Imperator appell-
aretur¹). In Romam quidem et ducatum Roma-
num summa competit Imperatoribus Germanis
potestas, multis tamen limitibus circumscripta²),
liberiore autem potestate in regno Italico impe-
rarunt. Vtrumque armis subegerat Otto M. sed
de imperio Romano cum Pontifice Leone VIII.
paetum initit, quo iura Germaniae et imperii Ro-
mani definita fuere³).

Itaque legum ferendarum potestas, tam in
regno Longobardico, quam in imperio Romano
in Reges Germaniae translata, imperiumque
quod vniuerso terrarum orbi leges olim dederat,
nunc a victore Germano leges comiter accipie-
bat. Exstant itaque constitutiones Imperatorum
OTTONIS II. OTTONIS III. HENRICI I.
CONRADI I. HENRICI II. et LOTHARII II.
quibus leges Longobardorum emendatae et sup-
pleatae fuerunt⁴).

Comitia legum ferendarum ordinandique regni et imperii in campis Roncalicis fere habebantur, aderant Imperatores cum ordinibus Germaniae, conuocabantur regni Italici status, ut in commune de salute Italiae consultaretur⁵⁾). Imperatoris enim erat adhibitis Germaniae et Italiae proceribus, statum Italiae publicum et feudalem ordinare, quemadmodum Francorum Reges et Francos et Longobardos in consortium legum ferendarum vocare oportebat⁶⁾). At vero hae leges et constitutiones extra Italiam auctoritatem vi propria nunquam obtinuerunt, quippe formulae regni Francici et Germanici repugnauit, ut Francis aut Germanis leges in Italia darentur, multo minus regni Longobardici ordines ex formula Germaniae publica legem Teutonicam simul ferre poterant, ut alia eius rei demonstranda taceam argumenta. Quod si vero sit, ut eadem in utroque regno valcent iura, id ex aliis causis repetendum videtur⁷⁾.

- 5) De hac Italiae et Germaniae coniunctione multi multa dicere, praeter PFEFFINGERVM Vitr. Illustr. T. I. p. 60. hac de re expouserunt FRANC. WALCH, diss. de Ottone Magno Italiae Rege ac Romanorum Imperatore Ienae 1746. 4to. et imprimis ILLVSTR. PÜTTERVS in opere Specimen iuris publici et gentium mediæ aëi de infrauertione imperii Romani sub Carolo M. et Ottone M. facta, eiusque effectibus Gott. 1784. 8vo.
- 6) GRATIANVS D. LXIII. c. 23. ait: in synodo congregata Romæ in ecclesia sancti Salvatoris. Ad Exemplum B. Hadriani apostolicae sedis Antifititis, qui domino Carolo victoriosissimo regi Francorum et Longobardorum, patriciatus dignitatem, ac ordinationem apostolicae sedis, et inuocaturam episcoporum concessit: ego quoque Leo episco-

episcopus, seruus seruorum Dei, cum toto clero ac Romano populo constituiimus, et confirmamus, et corroboravimus, et per nostram apostolicam auctoritatem concedimus, atque largimur Domino Orboni primo, regi Teutonicorum, eiusque successoribus; huius regni Italiae, in perpetuum facultatem eligendi successorem, atque summae sedis apostolicae pontificem ordinandi, ac per hoc archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi ab eo inuestituram accipient, et consecrationem, unde debent: exceptis his, quos imperator pontificibus et archiepiscopis concessit: et ut nemo deinceps cuiusque dignitatis vel religiositatis eligendi vel patricium vel pontificem summae sedis apostolicae, aut quemcumque episcopum ordinandi habeat facultatem, absque consensu ipsis Imperatoris, (quod tamen fiat absque omni pecunia) et ut ipse sit patricius et rex, quod si a clero et populo quis eligatur episcopus, nisi a supradicto rege laudetur, et inuestiatur, non consecratur. Si quis contra hanc regulam, ex apostolicam auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi subiacere decernimus, et nisi resipuerit, irrevocabili exilio puniri, vel ultimis suppliciis affici. Penes populum Romanum ab antiquissimis temporibus ius eligendi pontificem fuisse, patet ex legibus LOTHARII I. cap. 36. vbi: voluntus, ut in electione pontificis, nullus praesumat venire, neque liber neque seruus, qui aliquod impedimentum faciat illi, exceptis solummodo Romanis, quibus antiquitus fuit consuetudo concessa per constitutionem sanctorum patrum, sit facultas eligendi pontificem.

- 3) OTTO M. euocatus ab Italibz vt regnum et imperium tam ciuile, quam sacrum ordinaret, castra mout anno DCCCCCLXI. versus Italianam et mox Mediolani, dein Romae coronatus fuit an. DCCCCXLII. At vero Ioannes P. P. XII. descuerat ab Imperatore, qui anno DCCCCCLXIII. Romam cum exercitu petens adeo terruit pontificem, ut fugam capesseret. LVITPRANDVS L. VI. cap. 6. ait: ciues vero sanctum Imperatorem cum suis omnibus in urbem suscipiunt, fidelitatemque promittunt, hacte addentes et firmiter iurantes, nunquam se Papam electuros aut ordinaturos praeter consensum arque electionem domini Imperatoris Ottonis Caesaris Augusti, si

Liique ipsis Ottonis. Ioannes ad synodum evocatus, cum non adesset, munere et pontificatu exutus, inque eius locum Leo VIII. surrogatus fuit. At vero Ioannes Ottone absente reuersus Leonem depositum, mox tamen perit, Romani Benedictum V. sine Imperatoris auctoritate elegerunt, sed Otto M. coacta synodo Leonem VIII. contra Benedictum V. restituit, qui ab omnibus aque ab ipso Benedicto agnitus et legitimus omnino fuit pontifex.

- 4) Formulam pacis praeter alios exhibet GOLDASTVS *conf. imp. T. I. p. 222. et SCHILTERVS inf. iur. publ. T. II. Tit. XI. p. 91.* SCHMAVSSIVS *corp. iur. publ. num. I.* Ipsam rem fide historica esse probatam nemo facile, nisi ira studiorum motus, institabitur, formulam defendere nullum genuinam et ab ipso Ottoni M. et Leone VIII. confessam. Rationes vtriusque partis MOSERVS *iur. publ. T. I. p. 331* attulit; breui etiam persecutus est FRIDERICVS LE BRET *Geschichte von Italien T. I. p. 488. seqq.*
- 5) Has leges ex MVRATORIO studuit GFORGISCH *corp. iur. gerim. priu. p. 1259. seqq.* CANCIANI *Vol. I. Leg. Ant. p. 228.* Ex quibus intelligitur leges in Italia latas legum Longobardicarum volumini adscriptas fuisse.
- 6) De his comitiis dixit ANDR. RIVINVS *de Mainmis. Mai- campis et Roncalis Lips. 1651. 4to.* GOTTLI. SCHWARTZ *progr. de comitiis Roncalensibus ad WALDSTROMERI orationem de eis iis regis ante san- ctionis Carolinae tempora Norimbergae celebratis;* HEILIGER *de campis Roncaliae habitissque ibi curis solennibus Goett. 1751. 4to.* IOACHIM *Geschichte der deutschen Reichstaege Tomo II. p. 98. seqq.*
- 7) Campi isti in magnam et late patentem planitiem ad Padum extendebantur haud longe a Placentia, congregatis ibidem vtriusque regni proceribus de s. lute Italiae deliberabatur, idque inde ab Ottonum aeno frequenter factum fuit. Runcalia in tabulis anni 881 apud MVRATORIVM *Antiqu. Ital. T. I. p. 171.* inque Capitula- ribus iam occurrit.
- 7) Leges in Italia latas in Germania, propria vi non obti- nuisse, demonstrauit in TR. *de dominio eiusque effectibus in alienandis, oppignorandis et supponendis territoriis ger- maniae (Halae 1780. 8vo.) p. 91 et p. 178. seqq.* in quam senten-

sententiam iuit etiam SCHNAVBERT V. CL. in der
iuristischen Bibliothek P. I. p. 598.

§. 46.

*De vi et potestate legum Longobardicarum in ef-
formandis mediis aeuis per Italiam iuribus.*

Longobardorum leges in Italia a primis initiosis per medium aevum obtinuerunt, et magna earum semper fuit auctoritas. Franci quidem intulerant Italiae Salicam et Ripuariam legem, cuius vnum etiam post Carolingos in familiis Francorum et Ripuariorum reperimus, Burgundiones, Alemanni, Bauari, Saxones lege Burgundica, Alemannica, Bauarica et Saxonica etiam apud Italos vtebantur, eminuere tamen Longobardorum leges in Italia ob gentis et familiarum multitudinem et regni antiquitatem ^{1).}

Vis et potestas harum legum late patuit in efformandis mediis aeuis iuribus. Primum quidem iura feudorum saepius inde explicanda et derivanda sunt, quippe vtrumque ius in eadem gente natum et eductum fuit ²⁾, deinde ius canonicum, quod multa ex Germanorum legibus continere constat, ex his ipsis legibus hausisse et minescendo conciliorum decreta cum legibus Romanorum Germanorumque iuribus, noua iura esfinxisse videtur, vt adeo iuris canonici interpretem omnium horum iurium peritum esse oporteat ^{3).} Glossatores, quos vocamus, in vnu et sensu legum Romanarum definiendo, ius Quiritium et Longobardorum saepius ita miscuerunt, vt nouum plane ius emergere et tota iuris pruden-

dentia nouam formam induere videretur⁴), tandem etiam Authenticarum auctores, qui in codice ad usum fori et ecclesiae accommodando versati fuerunt, nouellarum Iustinianarum sensum iuribus Germanorum Longobardicis ita temperarunt, ut legi Romanae sensum Germanum interdum affingerent, aut laciniam saltim iuris patrii adsuerent.

Quanquam haec omnia a sapiente legum condendarum ratione longe absunt, nos tamen non debent fugere, quippe per maiorum nostrorum negligentiam inde paulatim ius hodiernum effictum et efformatum fuit. Atque in ipsis digestorum scholis, quas hac aestate vicecima vice Heineccium modo, modo Hellfeldium ducem secutus habeo, multa ex illis ipsis iurium mixturi demonstranda mihi obueniunt, vt digestorum doctorem et Romanum et Barbarum simul esse oporteat. Etenim si origines et rationes iuris, vti decet, demonstrare velis, modo a XII. tabulis, modo ab antiquissimis Teutonum legibus, modo ex ipsa medii aei barbarie repetendas deprehendes.

Ipsarum legum Longobardicarum usus quidem seculo XII et XIII. paulatim desit⁵), multa tamen capita in ipsis caussarum disceptationibus per Italiam adhuc obtinent et quae in ius Romanum et Canonicum irrepserunt, per omnem Germaniam maioremque Europae partem manarunt, ideoque ad ipsis, tanquam ad fontem, recurrendum saepe erit in originibus aut si mavis, mixturi iurium hodiernorum eruendis inuestigandisque.

I) Mo-

- 1) Monimenta omnis generis ad confirmandam hanc rem alle-gau*i* in DISS. de successione feudorum non secundum ius repraesentationis, sed linearum praerogatiuam ordinanda cap. I. neque res vllis dubitationibus obnoxia est, ROTHARIS autem Edicto suo cap. CCCXC. fancit: omnes Gargangi, qui de exerciis finibus in nostri regni finibus aduenient, seque sub scuto potestatis nostrae subdiderint, legibus nostris Longobardorum vivere debeant, nisi legem suam a pietate nostra meruerint. Si legitimos filios habuerint, heredes eorum in omnibus, sicut et filii legitimini Longobardorum existent, et si filios non habuerint legitimos, non sit illis potestas absque iussione regis res suas euincque thingare aut per quodlibet ingenium aut per quemlibet titulum alienare. Memorabilis locus, nam praeter origines iuris albinagii, inde patet in regno Longobardorum antiquitus principium istud, quemlibet sua lege vivere, iudicari et mori, non obtinuisse, nisi ex indulgentia Regis. Franci id securi sunt principium, tanquam legem publicam, quod non Capitularia solum docent, sed etiam PIPPINVS Italiae Rex cap. 27. et 28. statuit: de diuersis generationibus hominum, quae in Italia commandant, volumus, ut ubicunque culpa contigerit, unde faida crescere peterit, pro satisfactione hominis illius, contra quem culpauerit, secundum legem ipsius, cui negligentiam commiserit, emendet; de statu, vero ingenuitatis aut aliis querelis unusquisque homo secundum suam legem se ipsum defendat. MVRATORIVS de legibus Italicorum et statutorum origine, Antiqu. Ital. Diff. XXII. de hac re pluribus expoſuit, et MARIA LVPVS in codice diplomatico ciuitatis et ecclesiae Bergomatis T. I. 1784. fol. qui simul de isto principio accurate disseruit.
- 2) Iuris Feodalis auctores non solum meminerunt legis ciuilis Longobardicae I. F. 10. II. F. 1. II. F. 22. II. F. 28. sed multa loca ex iure Longobardorum ciuili expli-canda sunt. Pauca dabo. Texsus I. F. I. §. 2. et qui-dem verba: licet filiae, ut masculi patribus succedant, ex iure Longobardico sunt, LIVTPRANDVS cap. 2. ait: si quis Longobardus, sine filiis legitimis masculinis mortuis fuerit et filiam dereliquerit unam aut plures legitimas, ipsae ei in omnem hereditatem patris vel mar-tris

tris suae, tanquam filii legitimii masculini heredes succedant, §. 3. c. l. ex Legibus Rotharis cap. 153. defumta; l. F VIII p. verba: vel nepotes ex filio loco sui patris, ex Lege Grimoaldi cap. 5. manarunt; confacramentales XII. quorum I. F. 10. et 28. fit mentio, legitimum numerum in iure Longobardico ubique efficiunt; II. F. XXXVII. ex legibus Rothavis cap. CLXIII. Liutprandi Lib. III. cap. 3. Henrici I. cap. 2. illustrabitur. Verba adeo Iuris Feodalis auctor II. F. XII. §. 1. quae c. 67. Legum Rotharis continentur, imitatus est.

- 3) Ius Canonicum multa continere iuris Germanici capita, inter omnes constat, unde manauerint, quaeritur. Equidem ex legibus Longobardicis repetierim. Quanquam enim Romae et in ducatu Romano semper praeualuit ius Romanum, cuius vsum ecclesia retrinuit et propagavit curia Romana; tamen irrepercibile potuit iuris Longobardici vsum, quippe Longobardi etiam Romae lege sua vinebant.
- 4) Herm. Conring. de Origine Iuris Germ. c. XXV. obseruat, iuris Romani interpretes, quos Glossatores vocant, ad leges Longobardicas provocare.
- 5) Pauca loca promam. MVRATORIVS Antiqu. Eflensium p. 108. sententiam Imperatoris ita refert: confilio ergo cum amicis habito, scrutata et inuenita est lex Longobardorum, quae ita inbet: Si quis contra animam regis cogitauerit, animae suae incurrat periculum et res illius inficietur. Secundum igitur legem illorum omnia earum bona mea sunt. Tubalis an. iii. apud MVRATORIVM. T. I. p. 427. frater lege Longobardica, sutor lege Salica viuit. MVRATORIVS post pacem Constantiensem leges Longobardorum exoleuisse ait, quicum sentit CACIANI Praef. Vol. I. Leg. Germ. p. XV. simulque notat in Sicilia vsum earum adhuc seculo XV. et XVI. superfluisse. LVPVS c. l. ait in ciuitate Bergomate medio seculo XV. demum fuisse abrogatas.

§. 47.

De indole et sanctionibus legum Longobardicarum.

Leges Longobardicae, quanquam in solo Romano adultae, maxima tamen ex parte ex limpiissimo

diffimo iuris patrii fonte manarunt; Longobardi enim Romanos eorumque leges valde contemperunt, ipsum adeo clerum exosi¹⁾), quod virum ex innata genti superbia morumque priorum studio, an ex perfidia Romanorum et clericorum erga Gothos admissa, cuius spectatores Longobardi eo tempore in Pannonia fuerant, repetendum sit, definire non audeo, Romanis tamen legibus suis viuere in regno Longobardorum permisum fuit²⁾). Ius itaque Longobardicum, si origines et sanctiones iuris patrii inquisueris, maximi momenti est, multaque in primis iuris Saxonici capita continet, quod ex situ vtriusque gentis in Germania, atque a Saxonibus populo Longobardico mixtis originem cepit³⁾.

Iudicia Dei⁴⁾, duellum⁵⁾, tanquam medium expediendarum litium et consacramentales⁶⁾, (quoniam Reges Longobardum usum duelli limitibus circumscripsere et pro debili ac fallaci iudicio habuere⁷⁾) coemtio vxorum⁸⁾, Morgengabe⁹⁾ et meta¹⁰⁾ vaterphium¹¹⁾ tutela mulierum perpetua parentibus, agnatis et maritis data; odium matrimonii inaequalis¹²⁾), iurisdictio mariti in caussis criminalibus vxoris suae¹³⁾, pars muliebre regi, pars laeso addicta,¹⁴⁾ pignoratio creditoris contra debitorem in certis casibus permissa¹⁵⁾ adulterium capite plectendum¹⁶⁾ homicidium pecunia luendum¹⁷⁾, si a determinatis casibus, quibus poena capitalis statuta erat, recesseris¹⁸⁾, membrorum, vulnerum, verberum, iniuriarum taxa¹⁹⁾), triginta annorum praescriptio pluraque

alia

alia²⁰⁾ ex iure patrio repetenda videntur; e contrario crimen laesae maiestatis vltimo suppicio bonorumque confiscatione expiandum²¹⁾, manumissiones in ecclesiis²²⁾, vltimorum voluntatum dispositiones²³⁾, puella anno XII. pubes et elocabilis²⁴⁾ et quaedam alia Romanam produnt originem, vt mixti iuris capita taceam, in quibus successionum iura collocauerim.

Religio christiana vim quidem et potestatem habuit in iura Longobardorum, nec tamen nimius clericorum fauor deprehenditur, quo usque Longobardi regnarunt, sed reges Francorum, qui Romani Pontificis astu et solium et regnum Francorum acquisuerant, auxere ecclesiarum iura, vt plane alia legum ratio apparere videatur²⁵⁾.

1) cf. MASCOVII *Geschichte der Deutschen*, in appendice.

2) Praecipuae leges, quarum vsus in regno Longobardico obtinuit, sunt Romana et Longobardica. Aestimabantur ex cuiusvis natuitate, clerci tamen iure viuere solebant Romano, liberti autem legem patroni sequebantur.

LIVTPRANDVS R. Lib. VI. cap. 37. de scribis, inquit, hoc prospexit, vt qui chartam scriperit, siue ad legem Longobardorum, quae aprissima et pene omnibus nota est, siue ad legem Romanorum, non aliter faciant, nisi quomodo in illis legibus continetur. Nam contra Longobardorum legem aut Romanorum non scribant. Quod si nescierint, interrogent alios, et si non potuerint ipsas leges plene scire, non scribant ipsas chartas. Et quod aliter praesumferit facere, componat widrigild suum excepto si aliquid inter conlibertos conuenierit. Et si unusquisque de lege sua descendere voluerit, et passiones inter se fecerint, et ambae partes consenserint, istud non reputetur contra legem, quod ambae partes voluntarie faciunt. Et illi, qui tales chartas scriferint, culpabiles non inueniantur esse. Nam quod ad hereditandum

tandum pertinet, per legem scribant: et quod de char-
ta falsa in anteriori editio annexum est, sic permaneat;
et cap. 100. Si Longobardus vxorem habens, filios aut
filias procreauerit, et postea inspiratione Dei compul-
sus clericus effectus fuerit, tunc filii aut filiae, qui
ante eius conuersiōnē nati fuerint, ipsa lege viuant,
qua lege ille viuebat, quando eos genuit, et causam
suam per legem ipsam finire debebat.

PIPPINV'S Italiae R. cap. 46. ait: Sicut consuetudo
nostra, ut Longobardus, aut Romanus, si euenerit, quod
causam inter se habeat, obsernamus, ut Romani suc-
cessiones iuxta illorum legem habeant: similiter et om-
nes scriptiones secundum legem suam faciat. Et quando
iurant, iuxta legem suam iurent, et alii similiter. Et
quando componunt, iuxta legem ipsius, cuius malum
fecerint, componant. Et Longobardos illos conuenient
similiter componere. De ceteris vero caussis communis
lege viuant, quam Dominus Carolus, excelleſſimus
Rex Francorum atque Longobardorum, in editiōne
adiunxit.

LOTHARIVS I. cap 37. statuit: volumus, ut cunctus
populus Romanus interrogetur, quali lege vult viuere:
ut tali lege, quali viuere professi sunt, viuant, illis
que denuncierunt, ut hoc unusquisque, tam Iudices quam
Duces, vel reliquus populus sciat. Quod si assensionem
contra eandem legem fecerint, eidem legi, qua profi-
tentur viuere, per dispensationem Pontificis ac nostrana
subiacebunt.

- 3) Longobardorum antiquissimas sedes ad Albim reperimus
infra Magdeburgum, vicini erant Saxonum indeque
communia fere iura. Quam familiariter autem cum
Saxonibus vixerint, inde intelligitur, quia Alboinus R.
Italian occupatus euocauit Saxones, ut in communio-
nem periculi et praedae venirent, quorum etiam viginti
millia ad Longobardos accesserunt.

Tutelam feminarum perpetuam iuris Saxonici propa-
ginem esse existimo. Qualis enim hodieque fere in Saxo-
nia est, talis in legibus Longobardorum deprehenditur,
ROTHARIS R. c. 205. constituit: nulli mulieri liberae
sub regni nostri ditione lege Longobardorum viuenti li-
ceat

ceat in suae potestatis arbitrio id est, sine mundio vivere, nisi semper sub potestate curtis regiae debeat permanere, nec aliquid de rebus mobilibus aut immobilibus sine voluntate ipsius, in cuius mundio fuerit, habeat potestatem donandi aut alienandi. Illud mundium ad patrem, fratrem, maritum, aliquum pertinere poterat, tandem spectabat ad curtem regiam. Tractat hac de re ROTHARIS REX cap. 165. cap. 182. cap. 191. 196. et 197. cap. 202. cap. 308. ita statuitur: si mundium de puerula libera parentibus ad curtem regiam cederit, et pater aut frater debitum dimiserit ec. Praeter maritum alii mundium competere potuisse, ex EDICTO ROTHARIS cap. 165. mihi apparere videtur. MVRATORIVS et LVPVS de hoc mundo dissenserunt.

- 4) CAROLVS M. cap. 105. in crimen parricidii ait: et si negauerit ipsum occidisse, ad novem vomeres ignitos ad iudicium Dei examinandus accedat.
- 5) ROTHARIS Edictum c. 164-166. c. 369. LVTPRANDI Leges Lib. VI. c. 17. HENRICVS I. ait: quod si ille, cui crimen immittitur, negare voluerit, per se pugnam faciat, nec licet championem pro se dare, nisi decrepita aetas, aut iuvenilis aut infirmitas pugnare prohibuerit.
- 6) Regula iuris Longobardici est, vt duodecima manu iuretur. ROTHARIS REX cap. CCCCLIV. ait: Si qualisunque causa inter homines liberos euenerit, et sacramentum dandum fuerit, si usque ad XX. solidos fuerit causa ipsa aut amplius, ad Euangelia sancta iuret cum duodecim aliis suis, id est sacramentalibus, ita ut sex illi nominentur ab illo qui pulsat, et septimus sit, qui pulsatur, et quinque, quales voluerint, liberos eligat, vt tamen sint XII. Quod si minor causa fuerit de XX. solidis usque ad duodecim, sibi sextus iuret ad arma sacra; tres ei nominet, qui pulsat, et duos liberos eligat, qui pulsatur, quales voluerint, et sextus sit ipse. Et si minor fuerit causa de XII. solidis, sibi tertius iuret, ad arma sacra, unum ei nominet, qui pulsat, et alium ipse sibi quaerat, et tertius sit ipse.
- 7) LVTPRANDVS REX lib. VI. cap. 65. ita iudicat: statuere praeuidimus, ut si amodo talis causa emergerit, ut ille, qui mortem parentis sui per pugnam probare voluerit, quod eum

eum per venenum occidisset, et obseruatis his, quae in anteriori editio affixius, per Euangelia affirmet, quod asto animo caussam ipsam non requirat, nisi quod ei certa suspicio sit. Postea potestatem babeat quaerere per pugnam, sicut antiqua fuit consuetudo. Et si ei ferita euenerit, cui crimen ipsum mittitur, aut ad Campionem ipsius, quem conductum babuerit, non amittat omnem substantiam suam, sed componat secundum qualitatem personae, sicut antea fuerit lex componendi. Quia incerti sumus de iudicio Dei; et multos audiuimus per pugnam sine iustitia causam suam perdere. Sed propter consuetudinem gentis nostrae Longobardorum legem impianam vetare non possumus.

Longobardi saepius pugnae anteponunt iuriandum manu duodena præstitum, quia (sunt legum verba) absurdum et impossibile videtur ut, tam grandis causa sub uno scuto per pugnam dirimatur. Burgundiones contra, vi perjuria euitarentur, pugnam anteponebant.

- 7) cf. ROTHARIS R. editiū cap. 215. Erat, si rem accurate aestimes, redemptio mundii, ideoque tutori etiam solendum erat pretium. Mundium enim lucratuum erat, quod gratis dimitti non solebat.
- 9) Morgengaba saepius memoratur. LIVTPRANDVS Lib. II. cap. 1. ait: Si quis Longobardus Morgengab coniugi sociauerit, ita decrenuim, ut alia die ante parentes et amicos suos ostendat per scriptum a testibus roboretum, et dicat: quia ecce quod coniugi meae Morgengab dedi, ut in futuro pro hac causa perjurium non incurrat. Tamen ipsum Morgengab volumus, ut non sit amplius, nisi quarta pars de eius substantia, qui ipsum Morgengab dedit. Si quidem dare voluerit de rebus, quam quarta portio sit, babeat in omnibus licentiam dandi, quantum voluerit. Nam super ipsum quartam portionem dare nullatenus possit.
- 10) LIVTPRANDVS R. Lib. VI. cap. 35. certam metas quantitatem definiuit. Atque ut ne inanis foret haec dispositio cap. 49. cautum: nulli sit licentia coniugi suae de rebus suis dare amplius per qualemcumque ingenium, nisi quod ei in die votorum in metio et morgengab dederit, secundum anterius editiū, et quod superdederit, non sit stabile. Add. AISTVLPHI Regis sanctio cap. 5.

- 11) ROTHARIS cap. 181. cap. 182.
- 12) ROTHARIS Edicto suo cap. 222. ait: *Si seruo liberam mulierem, aut pueram ahus fuerit sibi coniugio sociare, animae suae incurrat periculum: et illam, quae seruo fuerit consentiens, habeant parentes potestatem occidenti, aut foris prouinciam transuendendi, et de rebus ipsius mulieris faciendi quod voluerint. Et si parentes eius infra anni spatiu[m] hoc facere distulerint, tunc sileat Gaſtaldo Regis, aut Actori, aut Sculdasio, ipsam in Curtem Regis ducere, et intra pensiles ancillas constituere. Inculcat id etiam LIVTPRAND. R. Lib. IV. cap. 6. Ius Fisci autem LOTHARIUS I. cap. 72. domino serui conceſſit, qui et liberam pueram seruo suo iunctam sibi vindicat.*
- 13) LOTHARIUS I. cap. 68. statuit: *Si adulter cum adultera comprehensus fuerit et secundum Edictum Legis Longobardorum marito adulterae ambo ad vindictam traditi fuerint, si eos quispiam emerit, eosque coniunctos in eodem scelere habere repertus fuerit, ipsos fiscus acquirat. Add. Edictum ROTHARIS R. cap. 203. et 204.*
- 14) Exempla perquam multa exstant. ROTHARIS R. edicto suo. cap. 9. cap. 18. cap. 26. id firmat.
- 15) ROTHARIS R. c. 249. seqq. LEX LONGOBARDICA Lib. II. Tit. XXI. plura loca dabit.
- 16) ROTHARIS REX cap. 212. 213. et 214. LIVTPRAND R. Lib. VI. c. 77.
- 17) ROTHARIS R. cap. 11. et 12. ait: *Si homines liberi inter se de morte alterius consiliati fuerint sine Regis consilio, et ex ipso consilio mortuus non fuerit, componat unusquisque, ut supra, solidos XX. et si ex ipso consilio mortuus fuerit, tunc ille, qui homicida est, componat ipsum mortuum, sicut appretiatus fuerit, id est widrigild sum. Si duo aut tres homines, seu amplius, liberi, homicidium perpetraverint, et voluerint se adunare ut in unum componant ipsum mortuum, sicut appretiatus fuerit, sit eis licentia adunandi.*
- 18) Plures casus, quibus poena capitalis in homicidio statuta fuit, ROTHARIS REX cap. 1. seqq. memorat, omnes casus notat

notat LEX LONGOBARDICA Lib. I. Tit. IX. X et XI.
confiscatio etiam cum homicidio saepius iuncta fuit.

- 19) Longa de his rebus est fabula, LEX LONGOBARDICA Lib. I. Tit. I—VIII. casus exponit.
- 20) ROTHARIS cap. 199. multa iuris Germanici capita his verbis complexus est, adseribam locum, vt in scholis explicitur. Ait Rex: *si pater filiam suam, aut frater sororem suam alii ad maritum tradiderit, et contigerit casus, ut ille maritus moriatur, et pater aut frater mundum eius liberauerit, sicut supra constitutum est,* et illa vidua in domo patris aut fratris regressa fuerit, et alias sorores in casa patris, aut fratris inuenierit, et postea pater aut frater mortuus fuerit, et illa remanserit in domo cum aliis sororibus, una, aut pluribus, et ad facultatem patris aut fratris venerint diuidendam cum aliis parentibus, aut cum curte regis, tunc illa vidua, quae in domo patris aut fratris regressa est, habens sibi Morgengab, et methium; de faderfo autem, id est de alio dono, quantum pater, aut frater dederit ei, quando ad maritum ambulauerit, mittat in confusum cum aliis sororibus, et illa alia soror, una, aut plures, tollat unaquaque in antea, quantum pro mundo pater aut frater liberando eam ad parentes mariti defuncti dederit; reliquam patris aut fratris substantiam aequaliter diuidant, sicut in hoc editio legitur. Et si sola in casa remanserit, in quantum ei per legem competit, heres succedat.
- 21) ROTHARIS R. c. 1.
- 22) LIVTPRANDVS REX Lib. II. c. 3. Lib. IV. c. 5. Proprium tamen etiam Longobardi habuerunt modum, per quem plenissima obtinebatur libertas. ROTHARIS R. cap. 225. ita refert: *si quis seruum suum proprium, aut ancillam suam propriam liberos dimittere voluerit, sit illi licentia, qualiter ei placuerit. Nam qui fulfreal, et a se extraneum, id est amund, facere voluerit, sic debet facere. Tradat eum prius in manus alterius hominis liberi, et per garathinx ipsum confirmet; et ille secundus tradat eum in manus tertii hominis; eodem modo et tertius tradat eum in quarti. Et ipse quartus ducat eum in quadriuolum, et thingat in wadia, et gifiles ibi sint, et dicant sic: de quatuor viis ubi voluerit*

ambulare, liberam habeas potestatem. Si sic factum fuerit, tunc erit amund, et ei manebit certa libertas: et postea nullam repetitionem patronus aduersus ipsum, aut filius eius habeat potestatem requiri. Et si sine heredibus legitimis ipse, qui amund factus est, mortuus fuerit, cur iis regia illi succedat; nam non patronus aut heres patroni. Similiter et qui per impans, id est in votum Regis dimititur, ipsa lege vivat, sicut qui amund factus est.

- 23) ROTHARIS R. c. 168. 169. 170. LIVTPRAND Lib. I. c. 6. ait: *Si quis liber Longobardus, ut habet casus humanae fragilitatis, aegrotauerit, quanquam in lectulo iaceat, potestatem habeat, dum vivit, et recte loqui poterit, pro anima sua iudicandi, vel disponendi de rebus suis, quomodo aut qualiter voluerit, et quod iudicauerit, stabile debeat permanere.* AISTVLPHI leges cap. 3 seqq.
- 24) LIVTPRANDVS R. Lib. VI. c. 53.
- 25) LEX LONGOBARDICA Lib. III. T. I. seqq.

§. 48.

De duplice legum Longobardicarum editione.

Enarrauimus itaque legum Longobardicarum historiam, nunc codices persequar. Duac nimirum sunt legum Longobardicarum editiones, vna chronologica, altera systematica.

Edictum regis Rotharis fundauit ius Longobardicum, atque reges sequentes, nouas leges auctoritate publica huic editio adiunixerunt, ut paulatim corpus legum ordine temporis componeretur¹⁾. Hunc morem etiam ab aliis Germanorum populis obseruatum fuisse, nullum dubium est, in palatio Regum haec facile negligi non solebant, erat autem in aliis iudiciis hoc iudicium opus, vt leges nouas libro iudicium adderent, sed per eorum negligentiam saepe factum est, vt plerique

rique legum codices manci et imperfecti fierent, chronologicam tamen legum Longobardicarum editionem, genuinam et authenticam, ideoque aliis anteponendam duco.

Medio aevo et ni fallor seculo XII. Petrus Cassinensis, Logotheta Italicus, Exceptor et Chartularius imperii leges Longobardicas in certum ordinem redigere studuit²). Auctor codicem iuris Romani ante oculos habuisse videtur, neque enim solum leges in libros et titulos secundum materias distinxit, sed quasi ex mandato Iustiniani agens, refecuit, addidit, suppleuit, ut non leges colligere, sed sistema iuris ex legibus Longobardicis effingere videretur.

Cum ista tempestate ius Longobardicum usum in disceptationibus causiarum adhuc haberet; more seculi haec legum collectio in scholis et foro mox recepta fuit. Atque inde factum fuisse arbitror, ut et notae et commentarii in ius Longobardicum scriberentur, et ordinatio illa legum allegaretur³). Itaque hac editione carere non possumus, quanquam illa plenior et accuratior et praestantior est.

Formulas iudiciorum legibus Longobardicis insertas reperio, nihil autem de auctore eorum relatum legi. Eundem Petrum Cassinensem aut alium seculo XII. harum formularum esse auctorem inde colligere mihi videor, quia isto tempore leges Longobardiae in iudiciis allegari et ad vium accommodari solebant. Cui enim bono composuisset formulas auctor, nisi usus earum

in ipsis caussarum disceptationibus esse debuissest? meliora tamen docentein lubens sequar.

Caeterum editionem chronologicam HEROLDVS⁴⁾ et MVRATORIVS⁵⁾ atque ex hoc GEORGISCHIVS⁶⁾ systematicam GOLDASTVS⁷⁾ et LINDENBROGIVS⁸⁾, excudendam curarunt, quanquam nouo editori multa tam mendenda, quam supplenda supererant⁹⁾ quae nunc maxima ex parte praefitit CANCIANI¹⁰⁾ nouissimus legum patriarum editor.

- 1) ROTHARIS R. in fine legum addit: et hoc generaliter datum in mandatis, ne aliqua fraus per vitium scriptorum in hoc editio adhibeat, si aliqua fuerit intentio, nulla alia exemplaria credatur aut suscipiatur, nisi quod per manus Ansealdi Notarii nostri scriptum aut recognitum seu requisitum fuerit, qui per nostram iussionem scripsit.
- 2) cf. CHRONICON CASSINENSE Lib. IV. cap. 125. Vixit hic imperante Lothario II. clericus quidem, sed more seculorum priorum, legum peritus. Codices manuscripti nomen eius interdum prae se ferunt.
- 3) Auctor Lib. III. Tit. I. cap. 48. non addidit, quippe hoc caput ex Aurea Bulla Caroli IV. depromtum fuit, Lindenbrogius id delendum censet, quia nullis continentur manuscriptis; BALVZIUS T. I. p. 345. excusandum, ut et errores quosdam alios taceam.
- 4) Originum ac Germanicarum antiquitatum libris 1551. fol. Primus edidit Nic. Boerius Lugd. 1512. 4. Altera editio est Venetiis 1537.
- 5) SS. Rer. Ital. T. I. P. II. p. 1. seqq. Muratorius autem, qui potuissest et debuissest legiionem Heroldinam adhibere,

re,

re, id peccauit, quod Goldastinam fundamenti loco posuit, quam tamen secundum regum temporumque seriem ordinatam, ex duobus codicibus optimae notae emendauit et suppleuit.

- 6) Corp. leg. germ. antiqu. p. 914 seqq.
- 7) In Collectione legum et consuet. imperial. (Fr. 1613. fol.) p. u. vbi inscriptio talis est: *Lombarda sive leges Longobardoru[m] per Imperatores ac Reges Romanos latae et sanctitae atque in unum corpus congesta[re] a Petro Diacono Caffinen[s]t S. R. I. per Italianam Logotheta, Excep[re]to, Cartulario et Capellano.*
- 8) Cod. leg. germ. p. 509. quae lectio Goldastinae longe anteponenda.
- 9) Viri docti iam dudum animaduerterunt, Muratorianam editionem omnibus aliis quidem praestare, nec tamen omnibus numeris esse absolutam. GIANNONIVS in Historia Neapolitana Tom. II. Lib. X. c. 2u. plenioris codicis meminist; ZACCARIA in excurs. litt. per Italianum (anno 1742—52.) Veneris 1754. p. 153. id etiam notauit probavitque, atque SENKENBERGIVS noster de usu legum germanicarum perpetuo p. 248. variantes lectiones dedit.
- 10) In legibus antiquis Barbarorum Vol. I. p. 57. seqq. In textu edendo ordinem a Muratorio restitutum secutus est, sed lectio[n]em Lindenbrogianam expressit, quam M[ar]torius forte ad manum non habuerat; in calce p. 240—243. titulos secundum editionem Heroldinam cum prologis quibusdam addidit, ex Lindenbrogio autem p. 244. varias lectio[n]es et notas in leges Longobardicas dedit, et sic Germanorum spoliis ditauit Italum, sed codices nouos in hac editione adhibitos neque reperio neque apud auctorem relatum lego, atque ni fallor, quem textum Georgischius dederat, iterum dedit. Ex quibus intelligitur, nihil noui ab auctore praestitum fuisse, quod in hac saltim lege, nostro iure ab Italo et Veneto sperare poteramus Alemanni. Atque ipsi Itali id obseruasse videntur. Et enim LV.CIVS DOLLEONIVS Canonicus Bellunen. admonuit editorem, legum Longobardicarum codicem in bibliotheca coenobii S. Ephemiae, Veronae afferuari, eiusque praefstantiam demonstraturus et variantes lectio[n]es et formulas quasdam, inde deponitas Canciano transmisit, quas Vol. II. leg. barb. p. 461. inseruit.

Auctor tamen omnia Vol. I. leg. germ. inseruit, quae ad leges Longobardicas pertinere videbantur, quare indicem eorum dare non piget, quoniam istud opus in paucorum manibus versari intelligo. Adhuc

Leges Longobardicae ordine chronologico p. 63—148.

Caroli Magni leges p. 148—171.

Capitulare anni DCCCVI sive charta divisionis regni

Francorum inter Karolum Pippinum et Lodouicum filios Karoli M. Imperatoris p. 171—174.

Pippini Italie Regis leges p. 174—182.

Lodouici Pit Augusti leges p. 182—194.

Lotharii I. leges p. 194—214.

Lodouici II. Augusti leges p. 215—221.

Quaestiones ac monita veterum iuris peritorum in leges Longobardicas p. 221—224.

Quidonis Augusti leges p. 224—227.

Ottonis II. Augusti leges p. 228—233.

Ottonis III. Augusti lex p. 233—234.

Henrici I. Augusti leges, Conradi I. Henrici II. Lotharii II. leges p. 234—239.

Appendix I. Capitularia Principum Beneventi p. 260—277.

Appendix II. Formulae rituales p. 277.

§. 49.

De Carolo M. legum Germanicarum emendatore et auctore.

Enarravimus itaque singularium legum historiam. Carolus M. omnes sere populos, quorum leges cognouimus, sibi suoque imperio subiecit, videamus igitur, quae legum aut emendatio aut innonatio facta fuit. Primum quidem id monendum et sedulo inculcandum, non Romanos solum legibus suis usos fuisse, sed omnes populos sub potestatem Francorum redactos leges suas retinuisse. Populi, Caroli M. imperio subiecti,

cti, Franci Salii et Ripuarii, Alemanni, Baiuvarii, Frisiones, Saxones, Angli et Varini, Burgundiones et Longobardi, atque Visigothi in Hispania leges et consuetudines suas iam in scripturam redegerant. Carolus tantam iurum saepe discrepantium multitudinem rei publicae haud conducere sentiens, corrigere quidem voluit et emendare leges barbaras, nouam plane legum rationem institurus; sed in civitatibus Germanorum id tantis difficultatibus circumseptum est, vt ne Carolus M. quidem quae optauerat, perficere potuerit¹).

Cum itaque plenam legum Germanicarum emendationem et consonantiam confidere non valeret, duo tamen praestitit; primum quidem paulatim omnium populorum leges ordinum auctoritate et consensu cuiusvis populi retexuit, emendauit et ad ciuitatem religionemque sui temporis accommodauit. Codices itaque legum Germanicarum plerosque ex Caroli M. aeuo et emendatione supereffe, suis locis iam annotauimus, cum tamen praecipua tantummodo iuris ciuilis capita continerent, ea, quae deesse videbantur, ex moribus cuiusvis populi suppleuit, vt noua fere legum latio existaret²). Deinde addidit capitula quaedam legibus a se iam emendatis et scriptis, quibus noua plane iura, publica in primis, ciuitatis et religionis ergo, constituit³).

An Carolus M. omnes gentium Germanicarum ditioni suae subiectarum leges in unum co-

dicem coegerit et ediderit, et toti regno promulgauerit quaeri potest; equidem id negauerim. Quilibet enim populus iure suo vtebatur, ideoque eius non intererat reliquorum populorum leges scire, deinde opus hoc isto tempore facile fieri non poterat, vt taceam hanc rem a tota legum ferendarum ratione, qualis ista tempestate erat, abhorrire; tandem nullum eius rei exstat testimonium aut monumentum⁴). At vero cum ab omnibus gentibus appellations ad Regem et Imperatorem interponerentur, necesse erat, vt in palatio et archiuo regio codex omnium legum exflare, quo Comites Palatini in cognoscendis ac definiendis cauiss vterentur⁵). Itaque uno libro omnes leges a Carolo M. emendatas fuisse conscriptas et in palatio repositas existimo, mihi inde non solum loca quaedam scriptorum coaevorum lumen accipere, sed nexus etiam inter ipsas leges, aut si maius distinctio legum, verbo: *Incipit Lex* — deriuanda videtur quanquam hunc morem et alii scriptores fecuti et auctores iuris medio aevo imitati sunt. Quae quidem de legibus antiquis sufficient, nunc proprias Regum Francorum leges id est Capitularia persequar.

I) EGINHARDVS in vita Caroli M. cap. 29. post susceptum, inquit, imperiale nomen, quum aduerteret multa legibus populi sui deesse, (nam Franci duas habent leges plurimi locis valde diuersas) cogitauit, quae deerant addere et discrepancy unire, prava quoque ac perperam prolatam corrigere. Sed in his nihil ab eo factum est, quam quod pracula capitula et ea imperfecta legibus addidit. Omnium tamen nationum, quae sub eius dominatu erant, iura, quae scripta non erant, describere ac litteris

litteris mandari fecit. POETA SAXO ad an. 802. apud LEIBNITIVM SS. Rer. Brunsvic. T. I. p. 168. canit:

*Ipse decem posthac et ternos circiter annos
Augustus laetus vixit in imperio
In quibus antiquas leges correxit in ipsis
Vniri mandans diffona quae fuerant.
Addidit hic etiam nouiter, quae congrua duxit
Pauca quidem numero valde sed utilia.*

Ex quibus eorum simul refellitur sententia, qui Carolum M. primum legis Saxonicae aliarumque statuunt auctorem.

- 2) Memorabile est diploma CAROLI M. pro ciuitate Aquensi datum, vbi haec: *deinde prout cunctis placuit prudentioribus regni nostri legem Saxonum, Noricorum, Suevorum, Francorum, Ripuariorum, Salicorum, sicut mos et potestas Imperatorum est et omnium antecessorum meorum semper fuit, distinxii, distinctam sub auctoritate regia et imperatoria stabiliui, non ex mea adinuentione aut corde prolatam, sed consilio et generali conuentu totius Galliae a me renouatam et in melius auctam sicut patres et praedecessores mei fecisse perhibentur. Sed de ipsis tabulis in praelectionibus differam. CHRONICON MOISSIACENSE ad annum DCCCII, refert: ipse Imperator interim, quod ipsa synodus facta est, congregauit duces et comites et reliquum populum Christianum cum legislatoribus, et fecit omnes leges in suo regno legere et tradere unicusque homini legem suam et emendare ubi cunque necesse fuisset et emendatam legem scribere, ut iudices per scriptum iudicarent, et munera non acciperent, sed omnes homines pauperes et diuites in regno suo iustitiam haberent.*
- 3) Haec sunt capitula legibus priuatis addita, veluti capitulare Baiuvariorum apud BALVZIVM T. I. p. 207. capitulatio de partibus Saxoniae p. 249. capitulare Saxonum p. 275. capitula addita et excerpta ex lege Longobardorum p. 345. 349. 541. 689. capitula addita ad legem Salicam p. 387. 597. 605. 607. capitulare de lege Ripuarienti p. 395. capitula ex lege Romana, Salica et Gundobada p. 505.

- 4) Poeta apud LEIBNITIVM T. I. p. 168. canit:

*Cunctorumque sui regni leges populorum
Collegit, plures inde libros faciens.*

Ex quo testimonio patet cuiusuis populi leges propriis codicibus fuisse comprehensas.

- 5) An supersint tales codices authenticí, aeuo et auctoritate Caroli M. in vsum Principis et Comitum Palatinorum conscripti, non disquiro, collectiones legum Germanarum inde a seculo XVI. factas hic recensere iuuat. Initium faciant :

Libelli seu Decreta a Chlodowao et Childeberto et Clotario prius edita ac postremum a Carolo lucide emendata auctaque plurimum, in quibus haec habentur.

Capitula ex Isidori junioris Hispanensis episcopi Etymologiarum. L. V.

Padum pro senore pacis D. D. Childeberdi et Clotarii regum.

Decretio Clotarii regis.

Sententiae de septimi septenis.

Lex Salica.

Decretum Childeberti regis.

Recapitulatio legis Salicae.

Vetus Lex Saxonum.

Lex Alamannorum.

Antiquae Burgundionum leges.

Ripuariorum leges a Theodorico Rege Francorum latae.

Haec est antiquissima huius libelli editio fine die, consule et loco in forma minima, idem liber prodiit hoc titulo :

Aurei venerandique antiquitatis libelli Salicam Legem continentem a Clodouo, Childeberto et Clotario christianissimis Regibus prius editi et postremum a Carolo M. emendati et aucti, item leges Burgundionum, Alamannorum, Saxonum, Baiuvariorum, Ripuariorum ex veteribus libris emendatores et auctores Parisiis apud Ioannem du Puis 1573. 8uo. Haec editio TILIANA fere appellatur, a Ioanne Tilio, Episcopo Meldensi, qui tamen iam anno 1570. decepsit. Vtrum nomen inde datum, quia du Puis in libraria Tilius supellecibile manuscriptum reperierit, an Tilius illam editionem fine die et consule curauerit, non definierim. In Germania hos notabimus codices.

IOANNIS SICHARDI Leges Ripuariorum, Baiuvariorum et Alamannorum Basileae 1530. 8uo.

Basil:

BASIL. IO. HEROLDI *Originum ac Germanicarum antiquitatum libri, seu leges Salicae, Alemannorum, Saxonum, Anglorum, Thuringorum, Burgundionum, Francorum, Ripuariae, Baiuvariorum, Werinorum, Frisiorum, Longobardorum, Theutonum, ex bibl. Lindenbrogii. Basil. 1537. fol.*

FRANC. LINDENBROGII *Codex legum antiquarum, in quo continentur leges Wisigothorum; edictum Theodorici, lex Baiuvariorum, decretum Thassilonis ducis, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Anglorum et Werinorum, Frisionum, Longobardorum, Constitutiones Siculae seu Neapolitanae, Capitulare Caroli M. et Ludouici Imp. una cum Glossario. Francof. 1613. fol.*

PET. GEORGISCHII *Corpus iuris Germanici antiqui, quo continentur leges Francorum Salicae et Ripuariorum, Alamannorum, Baiuvariorum, Frisionum, Anglorum et Werinorum, Saxonum, Longobardorum, Wisigothorum, Ostgotorum, nec non Capitularia regum Francorum una cum libris Capitularium ab Ansegiso Abbe, et Benedicto Leuita collectis, opus in gratianis iuris Germanici studiosorum post Cl. Virorum Basil. Io. Heroldi, Frid. Lindenbrogii, Steph. Baluzii, Io. Georg. Eccardi, Ludou. Ant. Muratorii, aliorumque praestantissimos labores diligentius recognitum, variis lectionibus et indice uberrimo tam rerum quam verborum instructum, cum praefatione Io. Gottl. Heinecii. Hal. 1738. 4to.*

Nouissimus legum patriarcharum codex, adhuc tamen non absolutus, hac inscriptione prodit:

Barbarorum Leges antiquae cum notis et glossariis. Accedunt formularum fasciculi et selectae constitutiones mediæ aevi. Collegit, plura notis et animaduersionibus illustravit, monumentis quoque ineditis exornauit F. PAVLVS CANGIANI Ord. Seru. B. Mariae Virginis S. T. D. Volumen primum, quo continentur Edicta Regum Ostrogothorum, Leges Longobardicae, Capitularia Principum Beneventi, et Constitutiones Regni siculi. Venetiis 1781.

Volumen secundum, quo continentur paetus legis Salicae, Antiquiores leges Popularum Regni Austrasie et Affinis

Affisae Regni Hierosolymitani ad inferiorem Curiam pertinentes. Venet. 1783. fol.

Volumen tertium, quo continentur Leges Frisionum, Angliorum et Werinorum, libri Capitularium Regum Francorum, et liber consuetudinum Imperii Romaniae. Venetiis 1785. fol.

Volumine primo distinctum haec reperiuntur:

I. *Edicta Regum Ostrogothorum et Magni Aur. Cassiodori Senatoris formulae, cum notis in Athalarici Edicta, et in formulas, quas ex Guillelmo Fornero, Petro Broffaeo, et Francisco Iureto de prompsit R. R. D. Iohannes Garettus O. S. B. Monachus e congregatione S. Mauri p. i. 56.*

II. *Leges Longobardicae iuxta regum scriem ordinatae, quibus interspersae sunt formulae veteres, cum notis Ludouici Antonii Muratorii, aliisque, de prompsit ex editionibus concinnatis a Io. Basilio Heroldo, et a Frederico Lindenbrogio. Accidunt Elenchus capitularis Longobardici, capitularia Principum Beneventi, cum notis Camilli Peregrinii, et Francisci M. Pratilli, formulae quaedam rituales et Glossariola duo ex Hugone Grotio p. 57. - 296.*

III. *Constitutiones regni Siculi ex editione Frid. Lindenbrogi cum nonnullis castigationibus, additi sunt quamplurimi tituli constitutionum Sicularum graece scriptarum ex manu scripto codice Bibliothecae Barberinae cum versione latina p. 297. - 387.*

Volumine secundo haec continentur:

I. *Pactus legis Salicae antiquior et reformatus cum decretionibus et capitularibus ad legem Salicam proprie spectantibus. Adduntur formulae Marculfinae, earumque Appendix, nec non Bignonianae. Omnia partim Hieronymi Bignonii, partim Io. Georgii Eccardi, partim ex utroque excerptis notis illustrata. Accedit Glossarium ad legem Salicam Francisci Pithoei p. i. - 288.*

II. *Leges Populorum Regni Austrasiae seu Franciae Orientalis, quae in Italia quoque obtinuerunt, videlicet Ripuariorum, Baiuvariorum, nec non Capitularia, Acta synodalia atque alia additamenta ad ipsas leges spectantia, Item formulae Alsatiae ac Goldastinae, et formulae rituales in purgationibus per aquam frigidam vel feruentem,*

tem, vel ferrum candens, et per ignitos vomeres adhibitae. Accessere documenta vetera, quibus illustrari potest antiquissimum Germanorum institutum, ritusque iudiciorum popularium in ciuilibus et criminalibus causis
p. 287-458.

Appendicis loco adiecta sunt:

- I. Formulae antiques in usum regni Italici ex MS. Codice Bibliothecae S. Eusebii Veronensis. Nunc primum prodenit cura et studio D. Lucii Dolleoni Canonici Bellunensis dissertatione epistolari praemissa p. 459-478.
- II. Inferior Curia. Scripturae sepulchri, seu assise et consuetudines regni Hierosolymitanorum, ab inelyto Duce Godofredo Bullionae primo in Regem electo institutae emendatae et auctae, Serenissimae reipublicae Venetae auctoritate in Italiam linguam translatae, Ioanne de Nores Comite Tripolis, Francisco Attario, Aloysio Cornelio, Regni Cypri Baronibus, Versioni praefectis. Additur liber placitorum Vicecomitatus Regnorum Ierusalem et Cypri, eadem auctoritate et cura Italice translatus p. 479-565.

Volumine tertio leguntur:

- I. Leges sub Franci facile conditae populorum qui Franciae orientalis regno accesserunt, Frisionum, Anglorum et Werinorum, Saxonum, subiectiuntur capitularia ad Saxonum proprias spechtantia, Abrenunciatio Diaboli, Professio fidei arque Indiculus superstitionum et paganiarum, tandem libellus antiquus de beneficiis p. 1-126.
- II. Libri Capitulariorum Regum Francorum ex collectionibus Ansegisi Abbatis et Benedicti Leuitae, nec non vetustae Additiones cum notis Stephani Baluzii et glossario Francisci Pithei p. 127-430.
- III. Formulae veteres Sirmondi, Baluzii, aliaeque a Baluzio editae, Mabilianii, Lindenbrogi p. 431-492.
- IV. Liber consuetudinum imperii Romaniae in Venetorum et Francorum ditionem redacti, concinnatus in usum Principatus Achaiarum a Serenissima republica Veneta Senatus consulto approbatus ex authenticis vetere manuscripto cum correctionibus, variantibus lectionibus et nonnullis superadditis Capitulis ex codice Bibliothecae Ducalis D. Marci p. 493-529.

HISTORIA
IVRIS GERMANICI.
PARTIS PRIMAE

LIBER II.

DE CAPITULARIBVS REGVM
FRANCORVM.

CAPVT I.

DE CAPITULARIBVS REGVM FRANCORVM
VNIVERSIM.

§. 50.

De regno Francorum eiusque in leges Germanorum publicas priuatasque vi et effectu.

A tenui initio regnum Francorum ad summam potentiam euectum fuit. Pippinus, postquam solium regni Francici occupauerat, nouas vires genti suae intulit, quo DCCLXVIII. mortuo Carolus M. vim eius ita intendit, ut maximam Europae partem sibi subiiceret. Anno DCCC. auctore Leone III. resuscitauit imperium Romanum, nouumque genti suae splendorem addidit, iura autem non auxit, quippe Patricius Romanorum summam iam habuit potestatem in ducatum Romanum, in ipsum Pontificem autem Aduocatiae iura exercuit, agnitus tandem et appellatus fuit etiam ab Imperatoribus Byzantinis βασιλευς. Ecclesiam fouit, leges emendauit,

dauit, litteras promouit, commercia tuitus est, redditus suos auxit, nimis tamen indulxit Pontifici Romano, tandem post vitam gloriosam DCCCXIII. vitam finiuit.

Ludouicus Pius, tanto imperio impar, quae pater conquisiuerat vix tueri poterat, quo mortuo, filii bella interna de successione pacto Verodunensi DCCCXXXIII. composuerunt, et tria ex uno Francorum imperio constituerunt regna, Italicum, cui imperium Romanum adiunctum erat, Francicum et Germanicum, quae etiam Francia Orientalis appellata fuit¹⁾). Carolingorum imperium cum Lodouico Infante anno DCCCCXI, in Germania exspirauit.

Germaniae regnum pacto Verodunensi fundatum formulam iuris publici Francicam accepit. Carolus M. modum regendi Francicum in Germania atque adeo in Saxonia constituit, quem Ludouicus Germanicus huic regimini adsuetus an. DCCCXXXIII. retinuit et ad posteritatem suam propagauit. Quare saepius origines iuris publici ex regno Francorum esse repetendas, iam alibi admonuimus.

Ius priuatum, si a propriis populorum Germanicorum legibus recesseris, etiam a Francis efformatum fuit. Hi enim per legum patriarcharum emendationem, et capitularium lationem noua iura constituerunt, quae ad omnem manarunt posteritatem, ut illi, qui iuris Germanici origines

L

a Caro-

a Carolo M. repetunt, haud inepte iudicare vi-deantur; sed haec nunc per partes tradam.

I) VITRIARIUS ILLVSTR. T. I. p. 56. seq.

§. 51.

Modus condendi capitularia eorumque notio et genera proponuntur.

Regibus in populo Francorum constitutis, mos fuit; ut bis quotannis haberentur comitia mense Martio, postea Maio, et vertente auctumno. Illa erant vniuersi populi conuentus, quo totius anni negotia ordinarentur, praesertim de pace belloque decerneretur. Aderat Rex cum statibus vtriusque ordinis et vniuerso populo. Quae quidem comitia campus Martius aut Maius vocari solent. Quae auctumno celebrabantur comitia, negotiorum tam praeteritorum, quam futurorum caussa a rege regnique et palati proceribus frequentabantur ¹⁾). Paulatim formam conciliorum et synodorum induerunt comitia regni, quid? quod synodis etiam appellata fuerunt, quanquam vtriusque ordinis proceres auctoritate Regis de vniuersi imperii salute consultabant ²⁾). Cuius quidem rei haec esse videtur ratio, quia proceres ecclesiae maximam vim in regunda ciuitate et ecclesia nacli fuerant ³⁾).

Legumi ferendarum potestas exercebatur in comitiis et synodis, procerum erat decernere, Regis auctoritatem dare, approbatio populi in iis legibus, quas ipsum obseruare oportebat, etiam

sub

sub Carolidis necessaria erat ⁴⁾). Leges in comitiis conditae dicebantur **CAPITVLARIA**, erantque vel perpetua, quibus modus et norma negotiorum statuebatur vel temporaria, quae ad vnum alterumue negotium mox expedendum spectabant. Illorum habenda est ratio, fueruntque partim constitutiones generales, quae omnes in vniuerso Francorum regno obligabant, partim speciales, quae ad vnum alterumue populum populie legei spectabant ⁵⁾.

De verbo Capitularium, vt multa differam, necessarium non videtur, nomen inde datum, quia in comitiis secundum capita propositionum tam decreta, quam vniuersa scita ordinabantur, proprie a legibus non differunt, quanquam leges in primis dicuntur, quae iura priuata auctoritate populi definiunt, capitularia autem de iure publico tam ciuili quam sacro, consensu ordinum regiaeque auctoritate conduntur. Canones tandem sunt qui in conciliis auctoritate ecclesiae statuuntur ⁶⁾ quanquam Capitularia Regum Francorum interdum etiam Canones appellantur, quippe ad rem ecclesiae ordinandam simul pertinent ipsaque comitia pro synodis habentur.

4) **HINCMARVS**, Remorum Archiepiscopus, in epistola; de ordine palati et regni cap. 12. ex Adalhardo refert: duobus principaliter divisionibus totius regni statum constare, primam videlicet divisionem esse dicens, qua assidue et indeficierter Regis palatum regebatur et ordinabatur, alteram vero, qua totius regni status secundum suam qualitatem studiofissime prouidendo seruabatur; et c. 29, ubi secundam divisionem, qua totius regni status conferua-

vatur, tractat, ait: *confuetudo autem tunc temporis talis erat, ut non saepius, sed bis in anno placita duo tene- rentur, unum, quando ordinabatur status totius regni ad anni vertentis spatiū, quod ordinatum nullus eventus rerum, nisi summa necessitas, quae similiter toto regno incumbebat, mutabatur. In quo placito generalitas uni- versorum maiorum, tam clericorum quam laicorum, con- veniebat, seniores propter consilium ordinandum, mino- res propter idem consilium suscipiendum et interdum pa- riter tractandum, et non ex potestate, sed ex propri- mentis intellectu vel sententia confirmandum. Caete- rum autem propter dona generaliter danda aliud placitum cum senioribus tantum et praecipuis consiliariis ba- bebatur, in quo iam futuri anni status tractari incipie- batur, si forte talia aliqua se premonstrabant, proquib- bus necesse erat praemediendo ordinare, si quid mox transactio anno priore inumberet, pro quo anticipando aliquid statuere aut prouidere necessitas esset.*

- 2) HINC MARVS de ord. pal. cap. 34. ait: *proceres vero praedi- ti, sive in hoc, sive in illo praefato placito, quin et primi senatores Regni, ne quasi sine causa conuocari vi- derentur, mox autoritate regia, per denominata et or- dinata capitula, quae vel ab ipso per inspirationem Dei inuenta, vel vndeque sibi nuntiata post eorum abscessum praecepit fuerant, eis ad conferendum, vel ad confide- randum patefacta sunt. Quibus suscepimus interdum die uno, interdum biduo, interdum etiam triduo vel amplius, prout rerum pondus expetebat, accepto, ex praediis dome- sticis Palatii Missis intercurrentibus, quaeque sibi vide- bantur interrogantes, responsumque recipientes consulta- bant, tam diu, ita nullo extraneo appropinquante, donec res singulæ ad effectum perductæ glorioſi principis au- ditui in sacris eius obtutibus exponerentur, et quicquid data a Deo sapientia eius eligeret, omnes sequerentur; et cap. 35. Sed nec illud praetermittendum, quomodo si tempus serenum erat, extra, si autem, intra diuersa loca distincta erant, ubi et bi abundantes segregati se- motiu, et cetera multitudo separatim residere potuissent, prius tamen ceteras inferiores personæ interesse minime potuissent. Quae utraque tamen seniorum susceptacula sic in duabus diuisa erant, ut primo omnes Episcopi, Abbates*

*Abbates vel huiusmodi honorificentiores Clerici, absque
villa Laicorum commixtione congregarentur: similiter
Comites vel huiusmodi Principes sibi et honorificabiliter
a cetera multitudine primo mane segregarentur, quo-
vsque tempus sive praefente sive absente Rege occurserent:
et tunc praedicti seniores more solito, Clerici ad suam,
Laici vero ad suam constitutam curiam, subselliis simili-
ter honorificabiliter praeparatis, conuocarentur. Qui
cum separati a ceteris essent, in eorum manebat potestate,
quando simul, vel quando separati residerent, prout eos
tractandae causae qualitas docebat, sive de spiritualibus,
sive de secularibus, seu etiam commixtis.*

- 3) Quantam fiduciam in episcopis perpetuo posuerunt Francorum Reges, ex multis monumentis patet. In re et causa dubia eorum praevaluit iudicium. REX GVNDRAM-
NVS Edicto an. 581. apud GEORGISGH p. 469. ait: ad
vos ergo, sacrosancti Pontifices, quibus diuina clemen-
tia potestatis paternae concessit officium, in primis nostrae
serenitatis sermo dirigetur, sperantis quod ita populum
vobis prouidentia diuina commissum frequenti praedica-
tione studeatis corrigeret et pastorali studio gubernare,
quatenus dum vniuersi diligendo institiam conuersatione
praincipia cum omni honestate studierint vivere, melius,
cuncta rerum aduersitate remota, coelesti beneficio con-
cedatur tranquillitas temporum et congrua satuatio po-
pulorum. CAROLVS R. an. DCCLXXVIII. cap. II. de
vindicta et iudicio iusto in latrones facto ex testimonio
Epilcoporum absque peccato Comites esse ait. Idem
Rex Capitulari Aquisgranensi anno DCCLXXXVIII.
ita praefatur: quapropter placuit nobis vestram rogare
solitam, o pastores Ecclesiarum Christi, et duces grec-
is eius, et clarissima mundi luminaria, ut vigili cura et
sedula admonitione populum Dei per pascua vitae aeterno-
na ducere studeatis, et errantes oves bonorum operum
exemplo, seu adhortatione, humeris intra ecclesiasticae
firmitatis muros reportare satagimini: ne lupus infi-
dians aliquem canonicas sanctiones transgredientem vel
paternas traditiones vniuersalium conciliorum exceden-
tem, quod absit, inueniens deuoret. Ideo maguae deuoti-
onis studio admonendi et adhortandi sunt, immo com-
pellendi, ut firma fide et infatigabili perseverantia in-

tra paternas sanctiones se contineant. In quo operis studio scias certissime sanctitas vestra nostram vobis cooperari diligentiam. Quapropter et nosros ad vos direximus Missos, qui ex nostri nominis auctoritate una vobis dicendum corrigentem quae corrigenenda essent. Sed et aliqua capitulo ex canoniceis institutionibus, quae magis vobis necessaria videbantur, subiunximus. Ne aliquis, quaeso, huius pietatis admonitionem esse praefunctionem iudicet, qua nos errata corrigerem, superflua abscindere, recta coartare studuimus, sed magis benevolo caritatis animo suscipiat.

- 4) CHILDERERTVS R. circa an. DCXV. ait: cum in Dei nomine nos omnes Calendas Martias de quibuscumque conditionibus una cum nostris optimatibus pertraetauimus — CAROLOMANNVS Princeps Capitulare I. an. DCCXXXII. dedit, in plena synodo; Capitulare anni DCCLXXVIII. anno feliciter undecimo regni Domini nostri Karoli glorioissimi Regis in mense Martio, facta capitulare, qualiter congregatis in unum synodali concilio Episcopis, Abbatibus, virisque industribus Comitibus una cum piissimo Domino nostro, secundum Dei voluntatem pro causa opportuni confenserunt decretum. Capitulare Saxonum an. DCCLXXXVII. datum in generali Episcoporum et optimatum conuentu. CAROLVS CAEVVS in editio Pifensis c. 6. ait: lex consensu populi sit et constitutione Regis.
- 5) BALVZIVS in Praef. ad capitularia Regum Francorum de his rebus differit §. 18. feqq.
- 6) CAPITULARIA seu CAPITVLA, LEGES et CANONES, his temporibus distingui solent, promiscuis quidem priorum verborum est usus, saepe tamen leges a Capitulis distinguuntur. LDOVICVS Pius in Prologo Capitularis an. DCCCXVI. apud BALVZIVM T. I. p. 563. ait: quid etiam in mundanis legibus, quid quoque in capitulis inferendum foret annotauerimus, et Capitul. an. DCCCXX. T. I. p. 622. generaliter, inquit, omnes admonemus, ut capitula, quae praeterito anno legi Salicæ per omnium consensum addenda esse censuimus, iam non ulterius capitula, sed tantum lex dicantur, immo pro lege teneantur. HINCMARVS de ord. pal. c. 34. per denominata et

et ordinata capitula fieri deliberationes ait; promiscuum tamen horum verborum esse usum, ex eodem discimus, nam. cap. 8. ait: et sicut dictum est de legibus Ecclesiasticis, quod nulli sacerdoti suos licet canones ignorare, nec quicquam facere, quod patris possit regulis obstat; ita legibus sacris decretum est, ut leges nescire nulli licent, aut quae sunt statuta contemnere, cum enim dicitur, nulli licet leges nescire, vel quae sunt statuta contemnere, nulla persona in quounque ordine mundano excipitur, quae hac sententia non constringatur. Habent enim Reges et reipublicae ministri leges, quibus in quacumque provincia degentes regere debent. Habent capitula Christianorum Regum ac progenitorum suorum, quae generali consensu fideliuum suorum tenere legaliter promulgauerunt.

§. 52.

De promulgatione Capitularium eorumque vi et auctoritate in regno Francorum.

Capitularia auctoritate Imperatoris Regisue condita vim et auctoritatem publicam habuerunt. Primum quidem Rex et ordines regni istis obligabantur, tanquam pactis conuentis, ideoque receptum fuit, ut ab omnibus subscriberentur¹). Ducibus, Comitibus, Archiepiscopis et Episcopis reliquisque magistratibus in provincias suas redditur exemplaria, quae populis sibi subiectis promulgarent et inferioribus magistratibus in locis iudiciorum promulganda tradarent. Episcoporum et Ducum nunc erat curare, ut et in usum deducerentur et obseruarentur haec leges, Missique Dominici per Provincias vice sacra peragrantes in id in primis inquirere animunque intendere solebant²).

L 4

Capi-

Capitularia, quae singulis populorum legibus addenda erant, primum in conuentu populi praelegenda et a populo approbanda erat. Quo facto codici legum auctoritate publica inscribebantur, vt partem ipsius legis emendantem et integrantem constituere viderentur. Quare ex ipsis Imperatorum sanctionibus nunc non ulterius Capitularia, sed leges dici debebant³).

Lingua quidem latina, quae inde a Clodo-
vei temporibus in regimine Francorum recepta
fuerat, Capitularia scribebantur et deponebantur
in palatio et archiuo, quae tamen populis promul-
ganda erant, in linguam vernaculari versa prae-
legebantur, vt omnes populi et intelligerent et
perpicerebant et obseruarent legum publicarum
sanctiones⁴). Videntur etiam haec exemplaria
in inferioribus iudicis fuisse reposita, vt ipse iu-
dices et Scabini inde instruerentur⁵). Quae
quidem de praceptis Capitularium generalibus
sufficiant, nunc ipsam historiam persequar.

- ³⁾ *Capitulare II. an. DCCCXIII.* hanc inscriptionem habet:
*Carolus serenissimus Imperator Augustus a Deo corona-
tus, magnus et pacificus, cum Episcopis, Abbatibus,
Ducibus, omnibusque fidelibus Christianae Ecclesiae cum
consensu consilioque constituit ex lege Salica, Romana,
atque Gundobada capitula ista in palatio Aquis, ut unus-
quisque fidelis instituas ita facaret, quae et ipse manu pro-
pria firmauit capitula ista, ut omnes fideles manu robo-
rare studiassent. Edictum CHLOTHARII II. R. in con-
cilio Parisiensi V. an. DCXV. datum hac sanctione cap.
²⁴ munitur: quicunque vero hanc deliberationem, quam
cum Pontificebus vel tam magnis viris optimatibus aut
fidelibus nostris in synodali Concilio instituimus, teme-
rare praesumpserit, in ipsum capitali sententia iudice-
tur,*

tur, qualiter alii non debeant similia perpetrare. Quam auctoritatem vel editum perpetuis temporibus validum manus nostrae subscriptionibus decreuimus roboram. Hamingus, Chlotacharius in Christi nomine Rex bane definitionem subscripti. In Decreto Imperatoris Ludouici Pii ad Capitulare Triburicense apud GEORGISCH p. 870. haec leguntur: Et si omnibus vobis ista complacuerint, dicite. Et tertio ab omnibus concludatur est: Placet. Et Imperatores et pene omnes Galliae et Germaniae principes subscripterunt, singuli singulas facientes crucis. Et ecclesiasticus ordo Deo et principibus laudes referentes hymnum: Te Deum laudamus, decantabant. Et sic soluta est Synodus.

- 2) Capitulare an. DCCCXXIII. cap. 24. haec constituit: volumus etiam ut Capitula quae nunz et alio tempore consultu nostrorum fideliuum a nobis constituta sunt, a Cancellario nostro Archiepiscopi et Comites eorum de propriis ciuitatibus modo aut per se aut per suos Missos accipiant, et unusquisque per suam dioecesim ceteris Episcopis, Abbatibus, Comitibus et aliis fidelibus nostris ea transcribi faciant, et in suis comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis nostra ordinatio et voluntas nota fieri possit. Cancellarius tamen noster nomina Episcoporum et Comitum qui ea accipere curauerint notez, et ea ad nostram notitiam perferat, ut nullus hoc praetermittere praefumat. CAPITVLARI I. an. DCCCXII. c. 8 praecipitur: Isteius Capitularii exemplaria quatuor volumus ut scribantur et unum habeant Missi nostri; alterum Comes in cuius ministeriis haec facienda sunt, ut aliter non faciant neque Missus noster neque Comes nisi sicut a nobis capitulis ordinatum est: Tertium habeant Missi nostri qui super exercitum nostrum constituendi sunt. Quartum habeat Cancellarius noster. Missis Dominicis Capitulari DCCCXXIII. c. 27. iniungitur: volumus etiam ut omnibus notum sit, quia ad hoc constituti sunt, ut ea, quae per capitula nostra generaliter de quibuscumque causis statuimus per missos nota fiant omnibus et in eorum procuratione consistant ut ab omnibus adimpleantur. Et ubi forte aliquo tali impedimento, quod per eos emendari non posse, aliquid de his, quae constitui- mus ac iussimus remanferit imperfectum eorum relatu-

- nobis ad temp̄e indicetur, ut per nos corrigatur. Add.
Ludouici Piī Capitulare an. 816. pro Hispanis datum.
- 2) *Capitul. III. an. DCCCIII. cap. 19.* statuitur: ut populus interrogetur de capitulis, quae in lege nouiter addita sunt, et postquam omnes conseruent, subscriptiones et manu-
firmationes suas in ipsis capitalis faciant.
- 4) *FEL. FABER Hist. Sueu. c. 7.* apud GOLDASTVM SS.
Rer. Suen. p. 58. ait: dedit etiam Carolus Teutonicus
quasdam leges in suo idiome, quae adhuc habentur.
BROVWER Annal. Treuir. cap. X. §. 14. exemplum
affert, vbi ex *Capitul I. an. DCCCIX. cap. 6.* vt omnis
liber homo potestatem habeat, ubiunque voluerit res suas
dare, ita vertitur: *That ein jouvelibc man frier ge-
nualt have, so war so se er wilit, sachun sinu ce-
genene.*
- 5) Id inde intelligere mihi videor, quia iudicibus ubique
inculcatur, ut iura secundam leges dicant.

CAPVT II. DE HISTORIA CAPITULARIVM.

§. 53.

*Ipsa capitularium historia secundum tempora
proponitur.*

Late manat Capitularium historia, quam
breui secundum tempora proponam, antiquissi-
ma sunt, quae Reges Francorum MEROVINGI
in campis Martiis Maifisque, adhibitis proceribus
considerunt¹⁾. Maiores Domus, postquam
omnem sibi vindicauerunt regnandi potestatem,
in primis Pippinus et Carolomannus, de vniuersi
populi salute tractantes cum Principibus suo
etiam nomine Capitularia fecerunt²⁾, quae tam-
en ad tempus Merouingorum referenda vi-
dentur.

PIRI

PIPPINVS, electis auctoritate pontificum antiquae stirpis regibus, non solum comitia habuit, sed plura etiam Capitularia in utilitatem regni et ecclesiae condidit ²⁾ at omnes alias multitudine nouarum legum superauit CAROLVS M.
⁴⁾ cuius vestigia in hoc saltim genere secutus est Ludouicus Pius ⁵⁾.

Pacto Verodunensi DCCCXXXIII. tria regna cum summo imperio et propria legum renderunt potestate constituta fuerunt. CAROLVS Franciae Rex eiusque successores multis modis considerunt leges, eorumque exstat magna Capitularium vis et multitudo, quibus illustria iuris Germanici capita continentur ⁶⁾. LOTHARIUS Rex Italiae atque Imperator eiusque successores leges quidem tulerunt ⁷⁾ sed in dies magis magisque emergentibus et Pontifice Romano, et ordinibus regni, legibus nouis tanto-pere non inclarerunt. In Germania LVDOVICVS Rex eiusque posteritas cum auctoritate quidem praefuerunt, leges autem in perpetuum valituras raro tulisse videntur, exstant tamen et paesta publica, quae in numero legum Germaniae fundamentalium ponи possunt ac debent, et decreta conciliorum, in quibus multa iuris civilis capita statuuntur ⁸⁾, ut adeo in historia iuris Germanici summatis saltim tangenda videantur.

2) Capitularia haec plerumque primis Francorum regibus tribui solent, scilicet:

CHILDEBERTI constitutio de abolendis reliquiis idolatrias

triae et de sacrorum dierum festiuitatibus sancte
celebrandis, data anno 15LIV.
CHLOTARII Regis constitutio generalis circa annum
15LX.

GVNTRAMNI Regis praeceptio ad Episcopos et Iudices
regni sui de obseruando die dominico, in confirma-
tione concilii secundi Matisconensis edita anno
15LXXXV. Conuentus apud Andelarum inter
Guntramnum et Childebertum Reges an. DLXXXV.
Paetum pro tenore Pacis dominorum Childeberti et
Chlotarii Regum circa annum 15CII.

CHILDEBERTI decretio anno 15XLV.

CHLOTARII II. Regis decretio anno 15XCV.

CHLOTARII II. edictum Concilio Parisiensi V. da-
tum anno 15XCV.

DAGOBERTI et Sigebertri nonnulla.

Alia quaedam horum regum monumenta exstant quidem,
quae tamen ad Capitularia referre nolim; CLODOVEI
M. tabulae de condendo coenobio Mirianensi apud DA-
CHERIVM Spicil. T. V. et MABILLONIVM de re dipl.
Lib. VI. §. 2 SIGEBERTI R. epistola ad Desiderium,
Episcopum Cadurcensem anno DCL data, apud GE-
ORGISCH Corp. Iur. Germ. p. 483. sed haec et alia in
vniuersa iurium historia, non equidem sphenenda, nec
tamen magno agmine conduceenda puto.

2) Ad hanc classem refero:

CAROLOMANNI Principis capitulare, datum in
Synodo anno 15CCXLII.

EIVSDEM capitulare II. ad Leptinas anno 15CCXLIII.
Capitulare incerti anni datum in Synodo, cui interfuit
Bonifacius, circa ann. 15CCXLIII.

PIPPINI Principis capitulare Steffionense in plena Sy-
nodo anno 15CCXLIII.

EIVSDEM Capitula data apud Vermeriam in plena
Synodo circa annum 15CCLII.

3) Huc retulerim sequentia capitularia:

Capitula Synodi Vernensis edita a Pippino Rege et ab
Episcopis anno DCCLV.

Capitulare Medense sive Capitula Synodalia post Sy-
nodum Vernensem data in ciuitate Metensi.

Capi-

*Capitulare Compendiente factum anno Christi
DCCLVII. in generali populi conuentu.*

*Constitutio generalis de Letaniis faciendis pro uer-
tate terrae an. DCCLXII.*

*Divisio Regni a Pippino R. inter filios Carolum et Ca-
rolomannum in conuentu apud S. Dionysium an.
DCCLXVIII. facta.*

*Quae quidem capitulare apud BALVZIVM reperiuntur,
ex quo sua expedit GEORGISCH, modo ne quaedam
omisster et maneam Capitularium exhibuisset editionem.*

- 4) Indicem, si non omnium, certe plurimorum Capitularium
dabo. Exstant primum haec apud BALVZIVM et GEOR-
GISCH Corp. Iur. Germ.

*CAROLI M. capitulare I. datum, ut videtur sub
eius regni exordia anno DCCCLXVIII.*

*Capitulare anni DCCCLXVIII. hac inscriptione: In-
cipit Decretum Caroli pretiosi Regis Francorum.
Capitulare Baiuvariorum datum, ut conjectura est,
Ratisbonae anno DCCLXXXVIII.*

*Capitulare Aquisgranense sive Capitulare I. anni
DCCLXXXVIII.*

Capitulare II. anni DCCLXXXVIII.

Capitulare III. anni DCCLXXXVIII.

Capitulatio de partibus Saxoniae.

*Capitulare Francofurdense datum in plena Synodo
anno DCCXCIV.*

*Capitulare Saxonum datum Aquisgrani anno
DCCXCVII. Kalendas Nouembres in generali Episco-
porum et optimatum conuentu.*

*Capitulare Interrogationis ad Episcopos de Presby-
teris criminosis.*

*Edictum Dominicum de honore et adiutorio Episcopis
praeflando a comitibus et aliis datum circa annum
CCCC.*

Capitulare de villis Caroli M.

Capitulare de ministerialibus palatinis.

Capitulare Episcoporum

*Capitulare I. anni DCCCCII. sive Capitula data Missis
dominicis anno secundo imperii.*

*Capitulare II. anni DCCCCII. sive alia capitula data
Missis dominicis eodem anno*

Capit-

Capitulare Aquisgranense sive Capitularia anni DCCCIII.

Capitulum I. de purgatione Sacerdotum;

Capitulum II. de purgatione Sacerdotum;

Capitulare II. anni DCCCII. sive capitula addita ad Legem Salicam.

Capitulare III. anni DCCCIII.

Capitulum de ingenuitate chartarum.

Capitulare III. anni DCCCIII. sive de lege Ripuariensi.

Capitulare V. anni DCCCIII.

Capitulare VI. anni DCCCIII.

Capitulare VII. anni DCCCIII.

Capitulare VIII. anni DCCCIII. Sive capitula de immunitate Episcoporum ac reliquorum Sacerdotum ab expeditionibus bellicis, data Wormariae in generali populi conuentu sub finem ut videtur anni DCCCIII.

Capitulare ad Salz datum anno DCCCIII.

Capitulare I. anni DCCCV.

Capitulare II. anni DCCCV. ad omnes generaliter.

Capitulare III. anni DCCCV. sive altera editio superioris capitularis a Steph. Baluzio primum in lucem data ex tribus antiquis codicibus manuscriptis;

Capitulare IV. anni DCCCV.

Capitulare Imperatoris de honore Episcoporum et reliquorum Sacerdotum datum in eodem loco, in quo sancta sunt superiora capitula id est apud Theodonis villam.

Capitulare I. anni DCCCVI. sive Charta divisionis regni Francorum inter Carolum, Pippinum et Ludouicum filios. Caroli M. Imperatoris.

Capitulare II. anni DCCCVI. sive Capitula VIII. addenda ad Leger.

Capitulare III. anni DCCCVI.

Capitulare IV. anni DCCCVI.

Capitulare V. anni DCCCVI. sive Capitulare Nonius magense.

Capitulare VI. anni DCCCVI.

Capitulare anni DCCCVII.

Capitulare triplex anni DCCCVII.

Capi-

- Capitulare I. anni DCCCIX. capitula quae Dominus Imperator Aquis constituit in anno nono;*
Capitulare II. anni DCCCXIII.
Capitulare I. anni DCCCX.
Capitulare II. anni DCCCX.
Capitulare III. anni DCCCX. sive capitula de iis fructione Misorum;
Capitulare I. anni DCCCXI. sive Capitulare interrogacionis de iis, quae Carolus M. pro communione omnium utilitate interroganda constituit;
Capitulare II. anni DCCCXI.
Capitulare III. anni DCCCXI.
Capitulare I. anni DCCCXII.
Capitulare II. anni DCCCXII.
Capitulare III. anni DCCCXII.
Capitulare I. anni DCCCXIII. sive capitula XXVIII. de confirmatione constitutionum quas Episcopi in Synodis auctoritate regia nuper habitis constituerunt.
Capitulare II. anni DCCCXIII. sive capitula XX. de iustitiis faciendis ex lege Salica, Romana et Gundobada.
Capitulare III. an. DCCCXIII. sive Capitula XXXXVI. de causis necessariis ecclesiae Dei et populo christiano data, ut videtur Aquisgrani in generali populi conuentu anno DCCCXIII. mense Septembri.
Capitulare I. incerti anni.
Capitulare II. incerti anni, Capitula a Domino Carolo Imperatore et filio eius H. Ludouico ac sapientissimis ipsorum Episcopis excerpta;
Capitulare III. incerti anni;
Capitulare III. incerti anni;
Capitulare V. incerti anni;

Quae quidem sunt capitularia Caroli M. multa tamen alia Caroli A. acta superflunt, quae vim et auctoritatem publicam obtinuerunt, ideoque haec adiungerem capitula:

Constitutio de ordinanda sede Romana inter Carolum M. et Hadrianum P. anno DCCLXXXIII. condita apud COLASTVM Conf. Imp. T. I. p. i. quam in Rationali Constitutionum p. i. seqq. defendit, iterum.

iterumque exhibet T. vno *Conſt. Imp.* p. 16. et 17.
SIM. SCHARDIVS in *Syntagma SS. de imperiali
iurisdictione* p. 249. SCHILTERVS *Iuris Publ. T. II.
Tit. I. p. 1. seqq.* pluresque eandem ediderunt, de qua
diferit FEEFFINGER *Vitr. T. I. p. 49. seqq.* Hanc
constitutionem impugnauit CENNIVS in *Monumentis
Dominacionis Pontificiae T. II. p. 165. seqq.* aliisque
plures.

*Rescriptum Caroli M. ad Nicephorum Imperatorem
de pace inter utrumque imperium, apud SCHILTERVM
T. II. p. 19. et VITR. ILLVSTR. T. I. p. 52.*

*Caroli M. charta, qua statuit, ut nullus simoniace ec-
clesiam Argentinensem ingrediatur apud SCHILTERVM
ad Koenigshofianum Chronicon p. 495. LANGVILLIVM
in Probationibus Histor. Alsat. p. 18. LUNIGIVM Arch.
Imp. Cont. I. Suppl. III. p. 275.*

CAIETANI CENNII monumenta dominationis Pon-
tificiae sive Codex Carolinus iuxta autographum Vindo-
bonense, epistolas Leonis III. Caroli Augusti, diplomata
Ludouici, Ottonis et Henrici, chartulae Comitissae
Mathildis et Codex Rudolphinus ineditus Romae 1760.
T. I. 1761. T. II. 4to. plura etiam monumenta continent,
quae ad historiam iuris Francici referri possunt, quod
etiam de hoc opere valet:

*Sacrorum conciliorum noua et amplissima collectio ab
Ioanne Dom. Mansi Archiepisc. Lucensi — curata Tomi
XXVIII. Venetiis 1760-1785. fol. usque ad annum
MCCCCXXXI. procedunt.*

5) Haec notabo capitularia Ludouici Pii :

Capitulare Aquisgranense an. DCCCXVI.

*Capitulare Aquisgranense de vita et conuersatione
monachorum.*

*Capitulare I. anni DCCCXVIII. sive Capitula addita
ad Legem Salicam in generali populi conuentu ba-
bito apud Aquisgranum post natale Domini anno
quinto imperii Ludouici Pi desinente;*

*Capitulare II. anni DCCCXVIIII. sive alia capitula
addita ad legem Salicam;*

*Capitulare III. anni DCCCXVIII. sive capitula de
interpretatione legis Salicæ;*

Capitulare IV. anni DCCCXVIII.

Capi-

Capitulare V. anni DCCCXVIII. siue capitula de instructione missorum;

Capitulare VI. anni DCCCXVIII. siue Capitula data apud Theodonis villam anno DCCCXX. in generali populi conuentu;

Capitulare Triburiente datum anno DCCCXXII. ad petitionem Episcoporum cum Decreto Imperatorio;

Capitulare anni DCCCXXIII. admonitione generalem continens ad variusque ordinis homines, cum instructione Missorum dominicorum, quos Imperator in diuersas regni provincias destinabat;

Capitulare Ingileneheimense anni DCCCXXVI.

Capitulare anni DCCCXXVIII.

Capitulare Wormatiense anni DCCCXXVIII.

Praeter haec capitula apud BALVZIVM obvia, ex quo eadem dedit GEORGISCH, quaedam alia recenset ex GOLDASTO aliisque PFEFFINGER Vitr. Illust. T. I. p. 54. Addenda videntur

Instrumentum diuifontis Imperii inter Lotharium, Pippinum et Ludouicum filios Ludouici Pii anno DCCCXVII. apud BALVZIVM T. I. p. 389.

Constitutio de diuifione Imperii inter Pippinum, Ludouicum et Carolum filios Ludouici Pii anno DCCCXXXVII. T. I. c. 1 p. 46.

Constitutio de terris et electione Pontificis Romani, de qua late disserit PFEFFINGER Vitr. Illust. p. 54. GRATIANVS Dis. LXIII. c. 30. eius meminit, exstat apud CENNIVM c. l. T. II. 30. Eadem exhibet ex Labbeana collectione, variantibus et Baluzio notatis, BERARDI de Canon Gratiani P. II. T. II. p. 191.

Quaedam alia ex FISCHERO v. CL. in der Litteratur des Germanischen Rechts §. 34. adscribere licet:

Capitulare Caroli M. seu additamentum ad Leges Longob. ex MS. Cod. Chigiano, apud MABILL. in Museo Ital. T. I. P. 1. p. 45.

Capitulare Car. M. Regis Francor. ex eodem MS. Cod. Ant. Capitulare per Missos Caroli M. promulgatum ex MS. Andegin. Mon. S. Huberti a. 800 exarato.

Caroli M. edictum, quo ieiunium pro necessitatibus publicis maxime pro fame, peste, et bello indicitur, ex Cod. MS.

Capitula, quae electi sacerdotes custodienda atque adimplenda censuerant; apud Martene in Collect. Monum. Tom. VII. p. 3. Sed conferatur eruditiss. praef. Mansfi in Tom. XIII. Concil. col. 1074.

Leges Caroli M. cum Pontifice Rom et Synodali Conclilio iam a Goldasto publicatae et a Muratorio ex Cod. Efenſi emendatae inter script. rer. Ital. T. I.

Capitulare Ludouici Pii notis Tironis exaratum apud CARPENTIER in Alphab. Tir. p. 6.

6) BALVZIVS *Capitul. T. II. p. 1. seqq haec Capitularia exhibet, et quidem:*

Capitula Caroli Calui Francorum Regis et Imperatoris p. 2-270.

Capitula Ludeuici II. Francorum Regis Caroli Calui F. p. 271-280.

Capitula Karlemanni Francorum Regis Ludouici II. F. p. 281-290.

Capitulum Odonis Regis p. 291.

Capitula Karoli III. Francorum Regis Ludouici II. F. p. 293-300. quibus subiungitur

Caroli Calui et Ludouici eius filii Regum Francorum Consecratio seu Coronatio; Item Reginarum Iudith filiae et Hermintrudis Coniugis Caroli, eiusdem p. 301-316.

7) Diximus de his legibus in *Hiftoria Legum Longobardicarum*; horum Imperatorum Capitularia ex BALVZIO recensere iuvat:

Capitula Hlotharii Imperatoris p. 317-344.

Capitula Ludouici I. Imperatoris p. 345-362. quibus adduntur;

Fragmenta Capitularium p. 262-368.

De codice Capitularium, quem Lotharius Imp. anno DCCCXXXVII. edidit, postea dicam.

8) In *Synodo Moguntina sub Rabano Mauro habita cap. 16. et in Synodo anno DCCCLXXXVIII. coacta cap 21 et 23.* capitularium mentio fit, sed capitularia Francorum esse intelligenda, extra dubium est. Propria Regum in Francia Orientali capitula recensere non possum, quippe quoad equidem scio, nulla fuere condita, haec tamen commemorare placet:

Ludo-

*Ludouici Germani foedus cum fratre Carelo Caluo,
Occidentalis Franciae Rege, postea Imperatore anno
DCCCXXXII. icetum, quod etiam ob linguam pa-
triam memorabile est. Late disputat de hoc fo-
dere PFEFFINGER Vitr. Illustr. T. I. p. 57. seqq.
GOLDASTVS T. I. Conf. Imp. p. 190. BALV-
ZIVS Capitul. T. II. p. 39. pluresque alii id edi-
dere, optime autem tabulas foederis lectionem
Freherianam secutus exhibet SCHOEPFLIN Alf.
Illustr. T. I. p. 81. In appendice formulam dabo.
Conuentus apud Marsnum I. anno DCCCXXVII.
et Conuentus II. anno DCCCLI. quibus pax et con-
cordia inter tres fratres Lotharium, Ludouicum et
Carolum constituta simulque iura Ordinum et
Ecclesiae obseruata fuerunt apud BALVZIVM T. II.
p. 42.*

*Foedus et commune decretum apud Confluentes anno
DCCCLX. inter Carolum Caluum et Ludouicum
Germanorum Regem de pace et quibusdam crimi-
nibus constringendis initum, apud GOLDASTVM
Conf. Imp. T. I. p. 14. BALVZIVM T. II. p. 138.
SCHILTERVM Inst. Iur. Publ. T. II. p. 45. seqq.*

*Recessus siue Decretum comitiorum in villa Sablo-
narias celebratorum a Regibus Ludouico II. Ger-
manorum, Carolo Caluo Francorum et Lothario II.
Austrasiorum per communes regnorum Ordines
factum anno DCCCLXII. apud GOLDASTVM
T. II. Conf. Imp. p. 28. BALVZIVM T. II. p. 163.
Decretum Ludouici R. de libertate ecclesiastica in
comitiis Wormatiensibus anno DCCCLXII factum
apud GOLDASTVM T. III. p. 283.*

*Pactum inter Ludouicum et Carolum Calium in con-
ventu Turissiaco anno DCCCLXV. quo foedus
Confluentinum confirmatur. Fragmentum exhibet
GOLDASTVS T. II. p. 285. integras tabulas assert
SCHILTERVS Inst. Iur. Publ. T. II. p. 53. BA-
LVZIVS T. II. p. 202.*

*Dinisi Regni Lotharici inter eosdem fratres anno
DCCCLXX. in Procasplide super flumen Moysam
facta, quam illustrat OBRECHT Prodr. Rer. Alf.
cap. 25. tabulas exhibet GOLDASTVS T. III. p. 288.
SCHILTERVS T. II. p. 64. BALVZIVS T. II. p. 222.*

*Divisio Carolomanni, Ludouici Iunioris et Caroli
Crafti, filiorum Ludouici Germanici senioris Saal-
feldiae anno DCCCLXXVI. de regno Germaniae
facta apud PFEFFINGERVM T. I. Vitr. Illustr.
p. 60.*

*Conuentus Furonensis inter Ludovicum Caroli F. et
Ludovicum Iuniorem anno DCCCLXXVIII, quo
divisio regni Lotharingi confirmatur apud GOLDA-
STVM T. III. p. 293. BALVZIVM T. II. p. 278.*

*Caeterum quaedam alia capitula memorantur apud GOL-
DASTVM Conf. Imp. T. I. et III. quae in historia le-
gum Germanicarum memorabilia sunt, sed de his dicam
in scholis, hoc refero:*

*LVDOVICI IV. leges Portorias anno DCCCCIII.
in comitiis Ruselßadianis conditas T. I. Conf. Imp.
p. 210.*

*EIVSDEM Edictum de ritu manumissionis anno
DCCCCVII. T. III. Conf. Imp. p. 360.*

*Multa etiam in conciliis Germaniae statuta fuerunt,
quae hue pertinere videntur, in vniuersum*

*IOS. HARZHEIM Concilia Germaniae cura H. Schol-
lii et A. Neissenii Coloniae 1759. X. Vol. fol. hic re-
ferriri possunt.*

§. 54.

De variis Capitularium collectionibus auctoritate priuata institutis.

Capitularia diuersis temporibus promulgata
sparsum habebantur, usus tamen eorum tam in
regimine ecclesiae et ciuitatis, quod utrumque
ista tempestate coniunctum erat, quam in iudi-
ciis caussarumque disceptationibus quotidianus
erat. In palatio quidem et archiuo secundum
tempora reperiebantur disposita, sed in manibus
magistratum et iudicum dispersa multisque mo-
dis corrupta erant, itaque, quod apud Quirites fa-
ctum

ctum fuit, vt constitutiones Principum priuato studio colligerentur, id apud Germanos eundem in modum euenit. Etenim pedetentim plures Capitularium collectiones prodierunt, quarum historiam breui tradam. Auctores horum codicium clerici fuerunt, quod ex rationibus temporum facile intelligitur. Clerici enim ista tempestate non solum litteris operam dabant, sed iuris etiam publici et ecclesiastici studiosissimi erant. Tractabant ciuitatum et ecclesiae negotia, et adiuti litteris operam his rebus impendere solebant, prout ferebant tempora. Bene quidem iurisprudentiae et ciuitati isto clericorum studio consultum non fuit, sed nostrum est historiam scribere, non querelas mouere.

*α) DE COLLECTIONE ABBATIS ANSEGISI
ANNO DCCCXXVII.*

In ordinandis Capitularibus primus fuit *A N S E G I S V S A B B A S*¹). Vixit imperante Ludouico Pio, eratque vir, prout tempora ferebant, doctus, ideo autem Capitularium codicem confecit, vt et studium iuris ac legum in utilitatem ciuitatis atque ecclesiae promoueretur, et ipsis Principibus, Ludouico Pio filiisque eius in tractandis negotiis consuleretur. Itaque Caroli M. et Ludouici Pii capitularia, quae in primis ad universum imperium spectare videbantur, omissis vetustioribus ad Franciam magis pertinentibus, in unum codicem quatuor libris distinctum redigit, non secundum tempora, sed materias,

M 3

eaque



eaque duobus libris, quae de regimine ecclesiae tractant, complexus est, totidemque libris, quae de civitate praecipiunt ^{3).} Mox etiam quae deesse reperiebantur, triplici appendice addidit, ut totum opus quatuor libris et tribus supplementis absoluatur.

Hic codex magnò aplausu ab ipsis Principibus receptus publicam mox obtinuit auctoritatem, ut si non origine, certe vsu authenticus sit et habeatur. Allegatur enī in legibus et ab ipsis legislatoribus in comitiis legibusque nouis condendis exhibitus fuit ^{4).}

- 1) Abbatem fuisse, non Archiepscopum Senonensem, certum est, utrum Abbas Fontanensis fuerit, quod contendit **BALVZIVS Praef. Capitul. §. 39.** an Abbas Lobiensis dubium videretur. **SIGEBERTVS GEMELACENSIS** in *chronico ad annum DCCCXXVII.* ait: *Ansegisius, Abbas Lobiensis edita Imperatoris Caroli M. et Ludouici filii eius ad ecclesiasticam legem pertinentia in duobus, item edita eorumdem ad mundanam legem pertinentia, in duabus acque libellis digesta.*
- 2) Cum ipse auctor rationes suas exponit, adscribere placet præfationis verba: *dominante per secula infinita omnium dominatore Christo salvatore nostro, creatore uniuersae creaturae, an. incarnationis ipsius DCCCXXVII. Indictione V. anno vero XIII. imperii glorioissimum Principum Domini Hludouici Augusti Christianae religionis magni propagatoris ac filiorum eius, Ansegisus, nullis præcedentibus meritis, sed gratia omnipotentis Dei Abba, pro amore bonae memoriae Domni Karoli magui Imperatoris Christianorum atque præcellentissimi ac piissimi Domini Hludouici Augusti filii ipsius sincera dilectione, baec subter descripta adunauit capitula, quae prout dubio, quia ad sanctae ecclesiae profectum facta sunt, pro utili firmiter tenenda sunt lege. Fuerunt namque quondam tempore prædicti magni Domini Karoli Imperatoris, nec non et nunc præfatorum Principum hoc in tempore Domni piissimi Hludouici Augusti*

ed

et praeclarissimorum filiorum eius iussu, per interualla temporum, ad Christianam religionem conseruandam atque ad concordiam pacis et dilectionis in ecclesia catholica tenendam edita. Sed quia in diuersis sparsim scripta membranulis per diuerforum spatia temporum fuerant, ne obliuioni traderentur, pro dilectione nimia, ut praefatis sum, praedictorum glorioissimorum Principum, et pro amore sanctissimae prolis eorum, sed et pro sanctae ecclesiae statu, placuit mihi praedicta in hoc libello adunare quae inuenire potui capitula praedictorum Principum iussu descripta, ut ad sanctae ecclesiae statum longaeuis conseruandum temporibus atque ad meritum praefaturum Principum glorioissius in vita perpetua augmentandum proficiant. Amen. Sed hoc notum slectoris, quia praedicta capitula, quae per interualla temporum a praefatis sunt Principibus edita, in quatuor distinxii libellis. Illa scilicet quae Dominus Karolus Imperator fecit ad ordinem pertinentia ecclesiasticum, in primo adunauit libello. Ex vero ecclesiastico quae Dominus ac piissimus Hludouicus Imperator edidit, in secundo descripti. Illa autem quae Dominus Karolus in diuersis fecit temporibus ad mundanam pertinentia legem, in tertio adunauit. Ipsi vero quae Dominus Hludouicus praeclarus Imperator fecit ad augmentum mundanae pertinentia legis, in quarto congesisti.

- 3) Haec triplex appendix manca continere videtur capitula. Auctor ait: sequuntur capitula Domni Karoli Augusti, patris videlicet Domini Hludouici Imperatoris. Appendix prima. Capitula Domni Karoli Imperatoris ecclesiastica, quae ideo supra scriptis non coniunxi capitulis, quia alia ex ipsis quasi causa memoriae scripta fuerant, et non videntur plenum exptere sensu, alia sunt geminata, cum aliis videlicet mixta capitulis, alia penitus finita atque ad perfictionem perducta. Eundem fere in modum brevis inscriptio appendicibus reliquis addita fuit.
- 4) Capitulare Wormatiense anno DCCXXVIII. saepius mentionat huius collectionis, et totum fere inde excerptum fuit, quod insipienti patebit. Add. DIST. X. c. 9. BALVZI Praef. § 41. seqq. ANT. AVGUSTINVS de emanatione Gratiani Lib. II. dial. 10 et 11.

§. 55.

*Vlterior de variis Capitularium collectionibus
historia.*

Quam viam iuerat Ansegisus, alii mox ire studuerunt, spicilegium post messem habituri. Sed cum Ansegisus diligens et accuratus, prout tempora ferebant, in conficiendo codice fuisset, imitatores autem ipsum auditate fortassis, sed non ingenio, non doctrina, non bona intentione aequipararent, euenit, vt farragines legum disceptantium, non codices constitutionum conficerent, memorabiles tamen in historia. Itaque reliquas collectiones persequar.

¶ DE COLLECTIONE BENEDICTI LEVITAE
CIRCA ANNVM DCCCXXXV.

Benedictus Levita Diaconus Moguntinus sub Otgario, Archiepiscopo Moguntino, nouam Capitularium collectionem instituit, vt id, quod studium Ansegisi fugerat, suppleretur, simulque nouae constitutiones adderentur. Non tam sua sponte, aut exemplo et gloria Ansegisi excitatus, quam potius Archiepiscopi sui auctoritate et suasione commotus opus suum suscepit, ideoque vt ne iussum Principis suispernere videretur, corrasit opusculum rude, indigestum, quo imperitum se et clericum prodere videtur. Inseruit primo loco Pontificis R. ZACHARIAE epistolam, vt agnoscant omnes, haec praedictorum
Prin-

Principum capitula maxime apostolica auctoritate fore firmata¹⁾.

Ipse codex farraginem plurium rerum continet, quas ita se reperisse in archiuo Moguntino, eademque forma edidisse ait auctor²⁾. Praeter capitularium sanctiones in concinnando opere canones conciliorum Francicorum³⁾, aliorumque Pontificum epistolas⁴⁾ biblia sacra, iuris Romani constitutiones legesque Germanorum privatas adhibuit⁵⁾, excerptis, in tres libros diuisit et tanquam supplementum codicis Ansegisiani edidit.

Quanquam publicam auctoritatem haec collectio nunquam obtinuit, usum tamen priuatum habuit⁶⁾, quippe ipsis temporibus vera a falsis fecernere datum non fuerat, quod vel Isidorus Impostor exemplo et successu operis sui edocere potest.

γ) DE QVATVOR ADDITIONIBVS CAPITVLARIVM.

Cum opus hoc applausum seculi promereri videretur, excitatus fuit aut gloria Benedicti aut praefatione, nescio quis, ut nouam institueret collectionem, et quatuor additionum libros ederet. Quis fuerit hic auctor, quo tempore vixerit, quem finem intenderit, certo definire non audeo, id autem ex ipsa re perspicio, ipso Benedicto aliquanto infeliciorem, aut si maius hebetiorem fuisse. Prima enim additione Capitulare Aquisgranense anni DCCCXVII. complexus est,

M 5

reli-

reliquas autem vndeque corrasit, ut gloriam sibi sarcagine pareret⁷⁾. Qui quidem sunt priuati Capitularium codices, quibus diutius immorari non attinet, sed exstat publica collectio, de qua breui dicam.

- 1) Disputant Galli in primis Italique, vtrum auctoritas Capitularium ex solo imperio ciuili, an etiam ex Pontificum Romanorum potestate repetenda sit. BALVIVS, PETRVS. DE MACRA et forte alijs recte meo quidem iudicio existimant, isto tempore Regum et Imperatorum praeualuisse potestatem, atque Romanum adeo Pontificem Capitularium sanctionibus fuisse obligatum. BARONIVS aliquę id negant, sed infra etiam demonstrabo, ipsos Pontifices Capitularibus se obstrictos profiteri. CANCIANI Monito Capitularibus praemissō Vol. III. leg. germ. medium viam ingreditur, illamque Pontificis Romani agnitionem de Capitularibus in Italia latiss interpretatur.
- 2) AVCTOR in Praefatione operis ait: *praecedentes quartuor libelli nonnulla glorioſiſſimorum Karoli atque Hludouicī Imperatorum continent capitula, quae eorum tempore ab Anſegiſo Abbe fuit collecta atque in praedictis coacta libellis, ſicut in eorundem proemio continetur. Sed quia ab eo nec media, vt rati ſumus, ſunt forſitan inuenta vel collecta, neceſſe erat vt a fidelibut, ubiunque inuenire potuiffent, quaererentur, et ob recordationem tantorum Principum vel eorundem capitolorum utilitatem coaduarentur, et membranis inſerentur, atque a fidelibus memoriae commendarentur. Quapropter ea quae ille aut inuenire nequinit aut inſerere fortaffe nouit, et illa quae poftmodum a fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ et Pippini ac Karoli atque Hludouicici didicimus in iam dictis libellis minime eſſe inſerta, pro Dei omnipotenteſ amore et sanctæ Dei Ecclesiæ ac feruorū eius atque totius populi utilitate fideliter inueſtigare curauimus, et in tribus subsequenſibus libellis diſtingue cum titulis suis coadunare, ac Hludouico Hlotharioque atque Karolo nobilifimiſ Regibus, filiis ſcilicet Hludouicici piissimi Imperatoris, habenda et omnium Christianorum fidelibus tradenda ſcribere non diſculpimus; ut ſcirent qualiter iuxta normam aui, proauii, ac genitoris, ſequendum*

dum Domini scilicet voluntatem, sicut et illi fecerunt, clerum et populum sibi commissum, Domino opem ferente, regere mererentur. Haec vero capitula, quae in subsequentibus tribus libellis coadunare studuimus, in diversis locis et in diversis scedula, sicut in diversis Synodis ac placitis generalibus edita erant, sparsim inuenimus, et maxime in factae Mogontiacensis metropolis Ecclesiae scrinio a Ricalfo eiusdem sanctae sedis Metropolitanu recondita, et demum ab Autario secundo eius successore atque consanguineo inuenta reperimus, quae in hoc opusculo tenore supra scripto inserere maluimus.

Epitomen horum Capitulorum circa an. DCCCLVIII. dedit Episcopus Lingonensis Isaac, qui in praefatione apud BALVZIVM Capitul. T. II. ed. nou. p. 1234. ait: Ego Isaac indignus Lingonensis Episcopus propter querundam minus acquiescentium desidiam et querulam contra pastoralem sollicititudinem, qui omnia quae ad emanationem vel ad suam cantelam dicuntur, a nobis ficta et excogitata garriunt et inuenta, utile duximus quaedam saluberrimam capitula sanctionum, quae sanctae Romanae et Apostolicae Ecclesiae legatus — Bonifacius — vice Zachariae Papae vna cum orthodoxo Karlo Manzio Francorum Principe in duobus Episcoporum conciliis conscripsit, quaeque etiam idem Papa Zacharias sub an. 742. auctoritate apostolica confirmauit etc.

- 3) Capitul. Lib. V. cap. 23. §§q. 17.
- 4) Capitul. Lib. V. cap. 19. cap. 319.
- 5) Haec facile legenti succurrent. Exemplum promam. Capitul. Lib. VII. c. 304. ita legitur: qui filiofamilias contra interdicta legum infcio patre pecuniam commodanit, eam nec viuente nec mortuo patre ab eadem poterit postulare.
- 6) Herardus Archiepiscopus Turonensis an. DCCCLVIII. in Capitulis suis et sequente anno Isaac Episcopus Lingonensis iam hac collectione vti sunt. Inde factum est, vt Ansegi libris quatuor Capitularium hi tres iungerentur, ideoque numerarentur Libri VII. Capitularium, triplici tamen appendice inter librum quartum et quintum inserta, quod non constanter obseruatum fuisse probat BALVZIVS Praef. p. 47.
- 7) Benedictum Leuitam non esse harum additionum auctorem, docuit CONRING de Or. Iur. Germ. cap. 15. et BALV-

BALVZIVS Praef. §. 48. Auctor vsus est etiam falsis Isidori decretalibus, inque Additione IV. quam Erchembertus Cancellarius regio iussu collegisse dicitur, nomina Pontificum adeo apparent, quibus falsae decretales tribuuntur.

Incudit quaestio; an Benedictus Leuita auctor sit operis, quod Impostor quidam nomine Isidori isto tempore edidit? BLONDELLVS Proleg. cap. V. vel ab ipso Benedicto confictas vel ab eodem sub incidebit reuocatas ac tandem in vnum corpus redactas videri epistolas decretales ait. Eandem fententiam sequitur SPITTLEVRVS v. CL. in *Historia Iuris Canonici ad tempora usque Pseudo - Isidori p. 251.* ego vero bonum Leuitam a tanta criminis absoluendum puto. HINCMARVS enim refert Isidorianam collectionem a RICULSO, Archiepiscopo Moguntino, per Galliam dispersam fuisse; hic autem iam anno DCCCXIV. aut sequente mortuus est, et HIACMARO fidem derogare nolim. Deinde in Benedictum Leuitam, si totum homuncionem contemplor, talis fraus non cadit, ipse bona fide Lib. VII. cap. ult. ait: *si quis autem plenius ea nosse voluerit, istorum legat authentica, quibus illa inserta reperiet.* Porro in Synodo Aquisgr. anno DCCCXXXVI. iam statuitur de renouando oeo infirmorum iuxta statuta decretalium scilicet epistolam decretalem Fabiani. Ex quibus id certissime mihi patere videtur Benedictum non esse impostorem. De his aliisque quaestionibus ad hunc locum pertinentibus dixit CAROLVS BLASCVS in *Commentario de Collectione Canonum Isidori Mercatoris p. 181 et imprimis p. 48. seqq.* simulque in ea inquiret, quae ex Concilio Parisiensi VI. anno 829. habitu Isidorus haussisse fertur. Caeterum haec ISIDORI MERCATORIS collectio conciliorum et decretalium exstat apud LABBEVM T I. Concil. p. 78. Incudit in ista tempora alia collectio, quam GOLDASTVS T. II. SS Rer. Alam. P. II. p. 19. hac inscriptione edidit: *Alamanicae ecclesiae veteres canones ex Pontificum epistolis excerpti a Remigio Curieni Episcopo iussu Caroli M Regis Francorum et Alamanorum.* Remigius hic Episcopus Curiensis haust ex Pseudo - Isidoro, expressis adeo Pontificum nominibus, quibus haec epistolae tribuuntur. Catalogum epistolarum suppo-

suppositiarum ex opere Isidoriano texuit PEHEM P.I.
Praelectionum in Ius Ecclesiasticum uniuersum p. 683.

§. 56.

Absoluitur Capitularium historia.

Itaque aderant istae Collectiones per Galliam et Germaniam. In Italia ipse Imperator Lotharius I. codicem legum edidit, de quo haec memorari debent.

§) DE COLLECTIONE LOTHARII I. A.

Barbaries bonarum litterarum, legumque ignorantia iam seculo IX. ingruere coepit. Quam ut depelleret studiumque iuris subleuaret Lorbarius A. codicem capitularium auctoritate publica ex Capitularibus Caroli M. et Ludouici Pii in primis conficiendum curauit, quem per Italiā promulgatum sub multa in negotiis ecclesiasticis et ciuilibus obseruandum praecepit ^{1).} Erexit cristas Pontifex R. Leo IV. quia codex iste multa iuris ecclesiastici capita complectebatur, quippe quae sine ipsius auctoritate promulgari posse negabat. At vero Imp. Lotharius id aequo animo non tulit, quare Pontifex Leo IV. circa annum DCCCXXXVII. litteris ad Augustum datis declarauit, se agnoscere hunc codicem in iure sacro atque ciuali, simulque curaturum, ut ab omnibus obseruaretur, modo ne leges Romanae, gradu et loco, quem adhuc Romae habuerant, depellerentur ^{2).} Quo quidem modo auctoritatem suam vindicauit Imperator.

Capi-

Capitularium usus, si originem spectaueris, per Italiam, Galliam atque Germaniam obtinuit. In Italia quidem et Gallia defenderem eorum usum usque ad seculum XII. quo paulatim per iuris Romani studium et Gratiani decretum exoleuerunt³). In Germania, quia serius Romana et Canonica inuaerunt iura, diutius obtine- runt, ut adeo seculo XIII. in comitiis solennibus imperii pro legibus vniuersalibus agnita et habita fuerint. Extincta per Germaniam Carolida- rum stirpe, auctoritas quidem priscarum legum imminuta fuit, magis tamen per desuetudinem et medii aeui caussas rationesque, quam lege lata, clerici certe, quoad quidem id fieri potuit, codi- ces istos et legerunt et studiosissime retinuerunt⁴) in iudiciis autem ciuilibus magis consuetudine et moribus maiorum retenta, quam ex scripto co- dice recitata fuerunt, ut nemini mirum videri possit debeatque, si cognoverit multis modis isto tempore variare iura⁵). Itaque medio aevo omnis capitularium auctoritas paulatim cessauit, usus tamen eorum in originibus iuris publici et priuati et vniuerso Germanoru[m] iure late manat, ideoque viri docti in iis edendis suo iure operam diligentiamque collocarunt⁶).

¶ BARONIVS ad annum DCCCXXXVII. de hac collec-
tione differit, GOLDASTVS in Collect. Confuetudinum et
legum Imperialium p. 102. hac inscriptione exhibet: Lo-
tharii Imperatoris Capitulare ex Caroli M. et Ludouici
Pii Imp[er]p[ot] nec non Pipini Caesaris et sui ipsius consti-
tutionibus Imperialibus compositum arque vniuerso in
imperio per Germaniam Galliam et Italiam promulga-
tum.

tum anno Domini DCCCXXXVII. sanctio autem subiuncta legitur tam apud BALVZIVM T. II. p. 325. c. 26. quam inter LOTHARIL. I. leges cap. 70. talis: placuit nobis, ut capitula, quae excerpti sunt de capitulari bonae memoriae aui nostri Caroli ac genitoris nostri Hludouici Imperatoris ab omnibus sanctae Dei ecclesiae seu fidelibus nostris in regno Italiae consistentibus, pro lege teneantur et seruentur. Et quicunque horum Capitulorum contentor extiterit I.X. solidos componat. Apud GOLDASTVM hoc est ultimum caput seu sanctio totius codicis.

- 2) Subobscura est huius rei historia. LEO IV. Lothario A. circa annum DCCCXXXVII. Dist. X. c. 9. scriptis: de capitulis vel praeceptis imperialibus vestris, vestrorumque Pontificum praedecessorum irrefragabiliter custodiendis et conseruandis, quantum volumus et valamus Christo propitio et nunc et in aeternum nos conseruatueros modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter Vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciat eum pro certo mendacem et cap. 13. Vestram flagitamus clementiam, ut sicut hac tenus Romana lex viguit, absque uniuersis procellis et pro nullius persona hominis reniniscitur esse curvata, ita nunc suum robur propriumque vigorent obtineat.

Quae quidem sunt fragmenta epistolae, ignoramus autem reliqua. Differit hac de re BALVZIVS praef. §. 23. et 24. sed legit ita: de capitulis vel praeceptis imperialibus vestris, vestrorumque praedecessorum irrefragabiliter custodiendis, atque infest Pontificem Romanum omnibus Regum Francorum Capitularibus se subiectum prosteri. At vero alia lectio est istius capituli apud Gratianum, quam expressimus, vitium certe latet in verbis: vestrorumque Pontificum ideoque omnino ad CANNIANI sententiam accedo, qui Vol. III. Legum Germ. p. 131. ex codice manuscripto Bibliothecae Ducalis D. Marci atque ex Iuone probat legi oportere; de capitulis vel praeceptis imperialibus vestris vestrorumque etiam praedecessorum Pontificum. BERARDI de Gratiani Canonibus (Opp. ex edit. Venet. an. 1777. 4to.) P. II. cap. LXXVI. p. 223. eandem emendationem probat, quanquam explicationi ipsius rei non accedo. Etenim satis callide

et



et fraudulenter respondit Pontifex obedientiamque promisit, quia haec capitula consenuit Pontificum olim facta fuerant. Sed Lotharius A. ni fallor coercuit hanc Pontificis Romani petulantiam, quo spectanti sanctiones c. 39. vbi: placuit nobis, inquit, ut cuncti iudices siue hi, qui cunctis praesesse debent, (id ad Pontificem pertinere ex cap. 34. intelligere mihi videor) per quos iudicia vel potestas in hac vrbe Romana agi debeat, in praesentiam nostram veniant, quorum volentes nomina et numerum scire et singulis de ministerio sibi credito admonitionem facere.

- 3) GRATIANVM in Italia Capitularibus usum fuisse, ex iis quae supra attulimus iam patet et docuit praeter AVGVSTINVM de Emend. Gratiani Lib. II. Dial. 10 et n. BERARDI Opp. P. I. c. 46. p. 355. seqq. Luculentum exemplum est Diff. I. c. 36 et 37. De viu Capitularium in Gallia differit BALVZIVS Praef. §. 35. seqq. in Italia CANCIANI Monito Capitularibus praemissio Vol. III. p. 135. Ille inde a Gratiani decreto exoleuisse, vsque ad Philippum Pulchrum tamen commemorari ait, hic per Decretum Gratiani in Italia loco fuisse mota censet.
- 4) Imperante Arnulpho anno DCCCLXXXVIII. in synodo Moguntiana c. 21 et 23. capitulare dominicum memoratur; et REGINO I. c. 53. decreto Francofurtano an. DCCCCLII. ex capitulis precedentibus Regum coram positis statutum fuisse ait, ne oppresio viduarum, aut virginum vel raptus ab ullo homine fieret. Ultima Capitularium mentio facta fuit in comitiis Francofurtanis regnante Ottone IV. an. MCCVIII. GOTHOFREDVS MONACHVS apud FREHERVM SS. Rer. Germ. p. 278. ait: *in festo S. Martini apud Frankfurt celebrissimus conuentus Principum fuit — ibi Rex primo, deinde caeteri Principes iurant firmam pacem terra marique servandam, omnes iniustas exactiones vecigalium dependas, omnia iura a Carolo M. instituta obseruanda et tenenda.* Principes hic respexisse Capitularia tam ex testimonio allato, quam ex vniuersa iuriis historia patet. Itaque hic nondum inualuerant Romana aut Canonica iura, istud autem decretum per illa ipsa iura paulo post irruptionem effectu caruisse videtur.

5) At-

- 5) Atque in hunc modum varias virorum doctorum sententias de capitularium vsu et interitu conciliarem, quas resert HEINECCIVS *Antiqu. Germ. T. I. Lib. I. c. IV. §. 58.*
 6) Capitularia quedam sigillatim saepius edita suis locis notauimus, editiones plures secundum tempora cum iudicio recenset BALVIZIVS *pref. §. 39—48. LE LONG Bibl. Histor. Francoise Liu III. c. V. art. 3.* Evidem hoc loco memorabo fequentes:

Præcipuae constitutiones Caroli M. de rebus ecclesiasticis et civilibus a Lothario nepote ex aui constitutio- nium libris collectae et nuper e coenobio Tegernseenfi protatae VITI AMERBACHII cum annotationibus et præfatione Ingolstadtii 1545. Quam editionem repetitii BVSAEVs Moguntiae 1602. 4to. cum epistolis Hincmari. Caeterum, ista Amerbachiana editio complectitur duntaxat Capitulare Lotharii, cuius iam ex Goldasto memis- nimus.

HEROLDVS et LINDENBROGIVS studium operamus etiam in edendis Capitularium libris posuerunt, sed inter Germanos eminent GOLDASTVS, cuius opera, quatenus ad nostrum locum pertinent, recensere iuvat, ut sciant lectores me prima et antiquissima editione vsum fuisse, quam posterioribus anteponendam puto. Sunt haec:

MELCHIORIS HAIMINSFELDII GOLDASTI *Im- peratorum, Caesorum Augustorum Regum et Principum Electorum S. R. I. statuta et rescripta imperialia a Carolo M. primo e Germanis Imperatore usque ad Carolum V. et reformationem religionis.* [Nunc primuna maximam partem ex manuscriptis et vetustis monu- mentis eruta, composta benoque publico produc̄ta. Fran- cofurti ad Moenium MDCVII. fol. Cuius operis haec est tripartita diuīsio:

- 1) *Constitutiones a Carolo M. usque ad Carolum V.*
p. 1—228.
- 2) — *a Carolo V. Imp. et Reformatione religionis ad usque Imp. Caesarem Rudolphum II. A.* Huic parti singularis inscriptio addic̄ta fuit cum noua præfatione p. 1—227. Frf. 1707. fol.
- 3) *Rationale Constitutionum Imperialium hoc poste- riore volumine contentarum p. 1—120. Frf. in fol.*
MDCVII.

EIVSDEM Imperatorum, Caesarum, Augustorum, Regum et Principum Electorum Recessus, Constitutiones, Ordinationes et Rescripta in publicis comitiis promulgata aut alias edita. A Carolo M. usque ad Rudolphum II. Tomus secundus in quo omnia nunc primum eduntur partim ex manuscriptis et archiuorum monumentis, partim ex vetustis exemplaribus eruta, compo-posita, bonoque publico producta. Hanoviæ an. MDCIX. Rationarium et repertorium huic tomo iuncta sunt, ita tamen ut omnia cohaerant.

EIVSDEM Imperatorum Augustorum Caesarum ac Regum S. I. Romano - Teutonici Recessus, Constitutiones Ordinationes et Rescripta in publicis comitiis promulgata aut alias inde ab instaurazione monarchiae Germanicae ad Dominum N. Imp. Caesarem Rudolphum II. in quibus quidquid ab anno salutis christiane CCCC. usque ad annum MDC constitutum est et in prioribus tomis non habetur fere comprehenditur. Tomus III. et ultimus. Cum indice locupletissimo cui et primi tomī index adiunctus est. Offenbachi MDCX. fol.

EIVSDEM Collectio Constitutionum Imperialium hoc est DD. NN. Imperatorum, Caesarum ac Regum Augustorum S. I. Germano - Romani Recessus, Ordinationes, Decreta, Rescripta, Mandata et Edicta in publicis comitiis promulgata aut alias edita inde ab instauracione primae monarchiae Germaniae usque ad D. N. Imp. Caes. Mattheiam inclusive sub sacratissimae Maiestatis eius auspiciis collecta et partim ex publicis monumentis partim ex Ordinum Imperii archiis in lucem deducta. Tomus unus Erf. ad Moenum MDCXIII. fol.

Haec quidem sunt volumina constitutiorum Imperialium a quibus dislert:

EIVSDEM Collectio consuetudinum et Legum Imperialium hoc est generales et receptae in imperio consuetudines ac leges capitulares a Divis Regibus et Imperatoribus Romanis partim confirmatae partim promulgatae, ab eorundemque consiliariis in codicis distinctim collectae et certo quodam titulorum ordine digestae. In quibus ea, quae in collectionem Constitutionum Imperialium propter diuissimam temporum seriem commode referri non possentur, plerique omnia continentur Erf. ad Moenum MDXIII. fol.

Hunc

Hunc elenchum ipse auctor operi praefixit:

- I. *Consuetudines veterum Gallorum Germanorumque in moribus et institutis generalibus;*
- II. *Consuetudines veterum Germanorum in moribus et institutis generalibus;*
- III. *Lombarda sive leges Longobardorum regiae et Imperatoria;*
- IV. *Lotharii Imp. Augnisi Capitularia in Imperio promulgata;*
- V. *Speculum Saxonum sive Ius Provinciale Saxonum;*
- VI. *Wicibildum sive Ius Municipale Magdenburgense;*
- VII. *Ius Feudale Saxonum;*
- VIII. *Ius Camerale sive nouissimi Iuris Imperialis Compendium.*

Quibus operibus multa contineri Capitularia suis locis diximus, omnibus autem palmam praeripuit

STEPH. BALZIVS qui Capitularia Regum Francorum, edidit, additae sunt Marculphi Monachi formulae veteres et notae doctissimorum virorum — Parisis 1677. fol. Veneziis 1772. et 1773. fol. tandem prodierunt:

Capitularia Regum Francorum, additae sunt Marculphi Monachi et aliorum formulae et notae doctissimorum virorum. Stephanus Baluzius Tuteiensis in unum collectus, ad vetustissimos codices manuscriptos emendauit, notis illustravit magnam partem primum edidit anno MDCLXXVII. Noua editio auctior ac emendatior ad fidem autographi Baluzii qui de novo textum purgauit notasque castigauit et adiecit; accessere vita Baluzii partim ab ipso scripta, catalogus operum huius viri clarissimi cum animadversionibus historicis et index variorum operum ab illo illustratorum, quorum plurimum nouis meditabatur editiones, curante Petro de Chiniac — T. I. et II. Parisis MDCCCLXXX. fol. Non necesse est, vt de hoc opere plura dicam. Ex ipsa nouae editionis inscriptione patet, quid praefitum sit, monendum duntaxat versionem praefationis latinae in linguam Franciam fuisse additam, cui bono? ego saltim non video.

GEORGISCH Corp. Jur. Germ. Ant. p. 466. seqq. capitularia ex Baluzio quidem dedit, sed quae tomo II.

continentur [Caroli Calui aliorumque Principum Capitularia omisit, inseruit tamen, praeter Capitularia ordine chronologico expressa, etiam codices Ansegesi et Benediti cum Additionibus. At enim

CANCIANI Leg. Antiqu. Vol. III. p. 127. libros VII. Capitularium cum Additionibus duntaxat dedit, an plura daturus sit, augurari nequeo. Hi codices sine chronologica editione mihi parum utilitatis habere videntur. Vellem, vt doctissimus editor, si forte hic liber ad manus eius venerit, Capitularia secundum ordinem temporum, adderet.

FRANC. PITHOEI *Glossarium ad libros Capitularium* apud Baluzium T. II. p. 766. optime exstat.

IACOBI SIRMONDI *Notae ad Capitularia ibidem* p. 750.

CAPVT III.

DE IPSIS CAPITULARIVM SANCTIONIBVS, EARVMQVE NATVRA ET INDOLE.

§. 57.

De natura et indole capitularium uniuersim.

Capitularia, si ipsarum sanctionum origines et fontes spectaueris, mixtae naturae sunt. Fundamenti loco ponenda erunt iura Germanica, ex quibus pleraque hausta atque expressa fuerunt, nouis tamen, vt fieri solet, sanctionibus admixtis, vt autem antiquissima sunt, ita purissima¹). Multa enim successu temporis ex fontibus aliis hausta fuerunt. Primum quidem canonum et conciliorum multiplex habetur ratio²), quippe statum ecclesiae et ciuitatis utriusque ordinis proceres regia auctoritate constituere solebant, quid? quod epistolae Pontificum non plane

ne alienae fuerunt ³). Deinde ex iuribus Romanis plura etiam admixta intelliguntur ⁴), quod in Italia et Gallia, vbi legum Romanarum usus tam late patebat, et in tutela, quam clerici iuri Romano praestabant, aliter euenire non potuit. Omnia adeo legum humanarum matrem appellari legem Romanam cognoscimus, quid mirum eius usum omnibus modis adstrui ⁵). Tandem multa etiam capita ex noua plane legis latione proficiuntur, quanquam nobilissima iuris portio ea est, quae ex iure patri manauit. Inde duellum aliaque iudicia Dei supersunt modi expediendarum litium ⁶) coniuratores audiuntur ⁷) iudicia constituantur multaque alia ex moribus maiorum definiti, ut legislatores Germanos facile intelligere possis.

Iura criminalia mixtae naturae facta fuerunt, sunt quidem Teutonica, atque ex moribus maiorum hausta, quod Werigildum, et alia iuris capita docent ⁸), multa tamen tam ex bibliis sacris, quam ex iure Romano innouata fuerunt, poenae auctae et mutatae, noua delicta statuta ⁹), disciplina ciuilis et ecclesiastica introducta, ex qua paulatim nouae etiam delictorum species manarent ¹⁰). Cohaerentem quidem legum codicem iurisque artem non constituunt, sed iura antiqua adiuuant, corrigunt, supplant, ut unam familiam cum antiquissimo Germanorum iure altam tamen et eductam et in meliore gradu locatam efflucere videantur. Eiectis enim et extirpatis, quae ad superstitionem paganam spectabant ¹¹) ad huma-

nitatem ¹²⁾ ciuitatem religionemque christianam accommodari coeperunt, licet femina superstitionum christianarum, quae sequentia tempora tanto-pere oppresserant, his ipsis temporibus et legibus sparsa deprehendantur.

- 1) *Decretio CHILDEBERTI R. anno DXCV.* pleraque iuris patrii complectitur capita.
- 2) *Canones et leges tanquam duo iurium genera saepissime commemorantur. GVNTRAMNVS Rex in Praeceptione ad Episcopos et Iudices regni apud GEOGISGH p. 469. scelerum meminit, quae canonibus et legibus pro diuino timore puniri confueuerant: CLOTARIUS R. edito anni DCXV. ideo, inquit, definitionis nostrae est, ut canonum statuta in omnibus conserventur; CAROLOMANNI Principis Capitulare I. anni DCCXXXIX. ubique fundamenti loco ponit canones, et PIPPINVIS in Capitulari Suescionensi anno DCCXXXIX. cap. 1. ait: iprimis constitutimus fidem catholicae, quam constituerunt CC. XVIII. Episcopi in Nicaeno Concilio, ut denun. iaretur per universam regionem nostram ei iudicia canonica aliorum sanctorum, quae constituerunt in synodis suis; quomodo lex Dei et ecclesiastica regula recuperetur, quae in diebus priorum principum dissipata corruerat.*
- 3) *Capitulare LUDOVICI PII an. DCCCXVI. c. 25. Capitulare Aquisgranense an. DCCLXXXVIII. ex conciliis fere haustum fuit.*
- 4) *Capitulare an. DCCLII. cap. 1. de coniugis in tertio et quarto gradu; confiscatio, cuius Capitulare III. incerta anni cap. 13. meminit, ex fonte Romano manarunt.*
- 5) *Capitul. Addit. IV. cap. 160. Capitulare an. DCCXXXIX. cap. 19.*
- 6) *Capitulare I. an. DCCCXVIII. cap. 10. Iudicium crucis adhibebatur imbellium caufla apud MABILLON Itin. Ital T. I. P. 2. p. 49.*
- 7) *ANSEGISI Capitul. Lib. IV. cap. 26. Capitulare I. anno DCCCVIII. c. 29.*
- 8) *Decretio CHILDEBERTI R. an. DXCV. Werigildi saepius*

pius meminit; LVDOVICVS Pius Capitul. I. anno DCCCXVIII. cap. 8. definit: *in compositionem Wergildi volumus ut ea dentur, quae in lege continentur; excepto accipitre et spata, quia propter illa duo aliquoties perjurium committitur, quanto maioris pretii quam illa sint esse iuratur.* Atque ut reprimeretur vindicta priuata c. 13. statuit: *Si quis aliqua necessitate cogente homicidium commisit, Comes in cuius ministerio res perpetrata est, et compositionem solvere et faidam per sacramentum pacificare faciat. Quod si una pars ei ad hoc consentire noluerit, id est, aut ille qui homicidium commisit, aut is qui compositionem suscipere debet, faciat illum Comes qui ei contumax fuerit ad praesentiam nostram venire, ut eum ad tempus, quod nobis placuerit, in exilium mittamus, donec ibi caeligeretur, ut Comiti suo incediens esse ulterius non audeat, et minus damnum inde non adrefeat, et Capitul. IV. an. DCCCV. cap. 6. De armis infra patria non portandis, id est, scutis, e lanceis, et loricis. Et si faidosus sit, discutiatur tunc quis e duobus contrarius sit ut pacati sint, et distingantur ad pacem, etiam si noluerint. Et si aliter pacificare volunt, adducantur in nostram praesentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum occiderit, componat illum, et manum quam perjuravit perdat, et insuper banum dominicum.*

- 9) Homicidium capite aut pecunia luendum statuit CHILDEBERTVS R. an. DXCV. c. 5. sed poena capitalis non obtinuit, itaque Capitul. I. an. DCCCII. cap. 32. iniungitur, ut complicito homicidii mox offeratur et acceptetur, et Capitulari II. an. DCCCIII. cap. 1. haec clericorum taxa definitur: *Qui subdiaconum occiderit trecentos solidos componat, qui diaconum quadringentos, qui presbyterum sexcentos, qui episcopum noncentos; qui monachum quadrungentis solidis culpabilis indicetur.* et Capitul. I. an. DCCCXVIII. cap. 7. *Quicunque hominem aut ex leui causa aut sine causa interficerit, Virgildum eius bis ad quos ille pertinet componat. Ipse vero propter talem praeiunctionem in exilium mittatur ad quantum tempus nobis placuerit.* Res tamen suas non amittat.

Latrociniū capitaliter punitur, quanquam etiam hoc redimere licuit. In *Pacto pro tenore Pacis* an. *DXCIII.* c. 1 et 2 decretum est: ut quia multorum infaniae convaluerunt, malis pro immanitate scelerum digna reddantur. Id ergo decretum est, ut apud quemcunque post interdictum, latrocinii comprobatur vitae incurrat periculum. Si quis ingenuam personam pro furto ligaverit, et negator extiterit *XII.* iuratores medios electos dare debet, quod furium, quod obiicit, verum sit. Quod si latro redimendi se habeat facultatem, se redimat. Si facultas deest, tribus mallis, parentibus offeratur. Et si non redimitur, de vita componat. Decretum *CHILDEBERTI R. an. DXCV. c. 8.* ait: similiter Kal. Mar. *Colonia* conuenit, et ita banniuimus, ut unusquisque index criminis latronem ut audierit, ad casam suam ambulet, et ipsum ligare faciat; ita ut si Francus fuerit, ad nostram praesentiam dirigatur; et si debilior persona fuerit, in loco pendatur. *CAROLVS anno DCCLXXVIII. cap. 23.* poenam mitigauit: de latronibus, inquit, ita praecepsimus obseruandum, ut pro prima culpa non moriantur, sed oculum perdant; de secunda vero culpa nafus ipsius latronis capuletur; de tertia vero, si se non emendauerit, moriatur.

Raptus virginum etiam poena capitali coercetur. *CHILDEBERTVS R. Decreto an. DXCV. cap. 4.* ait: Parī conditione conuenit Kal. Martii omnibus nobis adunatis ut quicunque ad modum raptum facere presumferit, unde impissimus vicius adcreuerat, vitae periculum feriatur; et nullus de optimatibus nostris de tam turpissimo vitio praesumat pro ipso precare, sed unusquisque admodum inimicum Dei persequatur. Qui vero editiū nostrum ausus fuerit contemnere, in cuiuslibet iudicis pago primitus admissum fuerit, ille index solatio collecto ipsum raptorem occidat, et iaceat forbattutus. Et si ad Ecclesiam confugium fecerit, reddatur ab Episcopo, et sine villa precatione exinde separantur. Certe si ipsa mulier postea raptorī consenserit, ambo pariter in exilio transmittantur. Et si foras Ecclesiam capti fuerint, ambo pariter occiduntur et facultates illorum parentibus legitimis dentur, et quod fisco nostro debetur adquiratur.

10) Pau.

- 10) Pauca delibabo capita. CAROLVS M. *Capitul. de parisibus Saxonie c. 4.* si quis sanctum quadrageſonale ieiunium pro despeſo christianitatis contempſerit et carnem comedere, morte moriatur cap. 6. si quis corpus defatur. Hi hominis secundum ritum paganorum flamma conſum fecerit, et ossa eius ad cinerem redigerit, capite punietur.
- 11) *Capitul. de Part. Sax. c 5.* faneit: si quis a diabolo deceperit crediderit secundum morem paganorum virum aliquem aut feminam frigam esse et homines comedere et propter hoc ipsam incendorit vel carnem eius ad comedendum dederit vel ipsam comedere, capitis ſententia punietur. De hac ſuperſtitione germanorum diſſerit GAERTNERVS ad h l eandem prohibet Lex Longob. Lib. I. Tit. XI c. 9. Vota et ſacrificia ad fontes, arbores et lucoſ et lapides prohibet *Capitul. de Part. Sax. c 21.* Inprimitis huic pertinet Abrenunciatio Diaboli, profefſio fidei et indiculus ſuperſtitionum et paganiarum, quae commentario illuſtravit CANCIANI Vol. III. Leg. Antiqu. p. 26. ſeqq. Quae quidem pertinaciae Saxonum, qua priftinis moribus ritibusque adhaerabant, oppofita videntur, nec mirum videri cuiquam potest, qui cognouerit, quo modo ad fidem christianam Saxones conuerſi fuerunt. IODOCVS COCCIVS in Dogoberto p. 219. inſignem locum ex vita Sturmionis SAXONUM Apostoli affert, quem tamen non adſcribam.
- 12) *Capitulare de Part. Sax. cap. 23.* ait: *diuinos et fortilegos ecclſis et ſacerdotibus dare conſtituimus.* LVDOVICVS PIVS *Capitul. an. DCCCXXVIII.* faneit: *ut examen aquae frigidae, quod haecenſ faciebant, a Missis neſtris omnibus interdicatur, ne ulterius fiat.* Repetit hanc prohibitionem LOTHARIUS in *Capitulari ſuo apud GOLDASTVM c. 1. p. 124.*

§. 58.

Praecipua iuris publici capita ex Capitularibus proponuntur.

Cum ab hoc libello legum iuriūque publicorum historiam abesse nolo, neceſſarium puto

breui iuris publici statum historiamque delineare. Formulam quidem regni Francorum vniuersam complecti nolo, sed ea delibabo capita, quae capitularibus continentur, vt natura iuris publici summatim saltim intelligatur¹).

Rex et Imperator summam per totum imperium exercebat potestatem in sacris atque profanis, ipse quidem totum imperium et ecclesiam per magistratus ciuiles et sacros auctoritate publica constitutos regebat, ita tamen ut hi maiestatem Imperatoris venerarentur²). In vniuerso regimine ordines consulendi erant, quorum erat decernere³), in duas iam isto tempore abiabant classes, vna erat Antifletum in ecclesia, altera Primatum in ciuitate, secernebantur interdum in deliberationibus, vt ecclesiastici in cauissis ecclasiasticis separati tractarent, caeterum praerogatiuam gradus ab antiquissimis obtinuerunt clerici temporibus⁴). In nouis rebus constituendis consensus ordinum sufficiebat, sed in legibus privatis populus adeo audiebatur.

Ad status regni autem omnes magistratus in ecclesia, ciuitate et palatio referebantur, ingenui, potentiores in primis et ditiores, quos Dynastas appellamus, in comitiis simul aderant, consultabant in commune, reliqui autem multitudinem magis, quam certum ordinem constituebant⁵).

Qui in palatio munus obibant regi simul a secretis erant⁶), quorum consilium in singulis cauissis audiebatur, sed negotia cum his ipsis ad proxim.

proxima comitia deferenda praetractionabantur, ut maximum eorum in toto regno et imperio esset momentum ⁷). Ex his magistratibus palatinis, qui et sacri et profani erant ⁸), primum Archiprincipes, deinde Electores facti fuerunt, ideoque adhuc Imperatori a consiliis esse dicuntur Principes Elec̄tores, ut nihil magni momenti sine iporum consilio decerni aut agi oporteat.

Singularum prouinciarum regimen per magistratus ciuiles et sacros auctoritate regis constitutos exercebatur. Erant autem Duces, Comites et Marchiones per singulas prouincias constituti, qui vice sacra regerent prouincias, ius dicerent, remque militarem, et redditus regales simul curarent ⁹). Atque ut ne abuterentur iure suo, Episcopis et Abbatibus delegata erat potestas, ut rem publicam simul tractarent, salutemque ciuitatis et ecclesiae curarent, et curam inspectionemque quandam in prouinciis exercerent ¹⁰). Tandem etiam Missi regii secundum districtus constituti erant, qui certis temporibus prouincias peragrantes inquirerent in facta magistratum, animaduerterent in negligentes et facinorosos, et salutem publicam in partibus sibi commissis vice sacra curarent ¹¹.

1) HERTIVS in *Notitia regni Francorum veteris* Opp. Vol. II de hac re praeter plures alios exposuit. BOVQVE-
TIVM, BVATIVM et reliquos Gallos praetereo.

2) Iusitrandum subiectionis omnes subditi praestabant. Ca-
pitulare I. an. DCCCII. c. 2. ita statuit: *praecepit que-
ut omnis homo in toto regno suo, siue ecclesiasticus, siue
laicus, unusquisque secundum votum et propositum suum,
qui*

qui antea fidelitatem sibi Regis nomine promisissent, nunc ipsum promissum hominis Caesari faciat. Et ita quia adhuc ipsum promissum non perfecerunt, omnes usque ad duodecimum aetatis annum similiter facerent. Et ut omnibus tradereetur publice, qualiter unusquisque intelligere posset magna in isto sacramento et quam multa comprehensa sunt, non, ut multi usque nunc existimaverunt, tantum fidelitatem Domino Imperatori usque in vita ipsius, et ne aliquem inimicum in suum regnum causa inimicitiae inducat, et ne alicui infidelitate illius confundant aut retaciatur, sed ut sciant omnes ista miserationem hoc sacramentum habere.

Id ipsum saepius iniungitur Missis dominicis. *Capitul. II. an. DCCCI. c. 1.* *Capitulari V. an. DCCCVI. c. 2.* et *Capitul. II. an. DCCCV. c. 9.* praecepitur: ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittantur, nisi nobis et unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem et sui senioris; excepto his sacramentis quae iuste secundum legem alteri ab altero debentur. Et infantes qui antea non potuerunt propter iuuenilem aetatem iurare, modo fidelitatem reprobant.

Clerici etiam hoc iuriandum praestabant. In CHRONICO A. DCCQII apud DVCHESNIVM: *Carolus Imp. ad Aquas Palatium concilium habuit, ut ei omnes generaliter fidelitatem iurarent, Monachi et Canonici. Ita et fecerunt.* HINCMARVS Lundunensis Episcopus, in libro purificationis, quem Synodo obulit: *Ego Lundunensis Episcopus a modo et deinceps Seniori meo Carolo Regi sic fidelis et obediens secundum meum ministerium ero, sicut homo suo Seniori, et Episcopus pie viituro suo Regi esse debet.* Addatur HERTIVS c. l. c. 4. §. 3.

HINCMARVS de Ord. Pal. Regis palarium, inquit, in ornamento totius palatii ita ordinatum erat, anteposito ergo Rege et Regina cum nobilissima prole sua, tam in spiritualibus, quam et in secularibus atque corporalibus rebus, per hos ministros omni tempore gubernabatur. Omnes ministros a nutu Regis et Reginae pendisse cap. 9. ait. Consiliarios clericos a Rege fuisti constitutos, nulla est dubitatio; sed de reliquis Episcopis *Edictio CLOTARII II. an. DCXV. cap. 1.* statuitur: *Episcopo decedente, in loco ipsius, qui a Metropolitano ordinare*

ordinari debet cum prouincialibus, a clero et populo eli-gatur, et si persona condigna fuerit per ordinationem Principis ordinetur vel certe si de palatio eligitur, per meritum personae et doctrinae ordinetur.

LVDOVICVS Pius Capitul. Aquisgr. an. DCCCXVI.
cap. 2. id ipsum confirmat: ut scilicet Episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria dioecesi, remota personarum et munerum acceptione, ob vitae meritum et sapientiae donum elegantur, ut exemplo et verbo sibi subiectis usquequa prodeesse valeant.

Episcopos tamen a Regibus et Imperatoribus fere solis fuisse constitutos ex historia scimus, vt adeo nullus harum legum usus fuisse videatur. PIPPINVS Capitul. anno DCCXXXIII. c. 3. ait: Idecirco constituimus per consilium sacerdotum et optimatum meorum et ordinauimus per ciuitates legitimos Episcopos; et idecirco constituimus super eos Archiepiscopos Abel et Ardobertum, ut ad iudicia eorum de omni necessitate ecclesiastica recurrent tam Episcopi quam alius populus.

3) LVDOVICVS Pius Capitul. an. DCCCXXIII. cap. 3. ait:
Quanquam summa huius ministerii in nostra persona con-sistere videatur, tamen et diuina auctoritate et humana ordinatione ita per partes diuisum esse cognoscitur, ut unusquisque vestrum in suo loco et ordine partem nostri ministerii habere cognoscatur. Vnde apparet, quod ego omnium vestrum admonitor esse debeo, et omnes vos nostri adiutores esse debetis. Nec enim ignoramus quid unicuique vestrum in sibi commissa portione conueniar. Et ideo praetermittere non possumus quin unumquemque iuxta suum ordinem admoneamus.

Paetum LVDOVICI et CAROLI Calvi an. DCCCLXV.
consensu ordinum initum apud SCHILTERVM Inst.
Iur. Publ. T. II. p. 59. cap. 5. haec continet: *confide-
ratimus et statuimus ut communes fideles nostri, quo-
rum consilio et auxilio sanctam Dei Ecclesiam et re-
gnum nobis commissum gubernare debemus, debitum ho-
norem et salutem habeant, et ipsi ad Dei volun-
tatem et ad nostrum debitum honorem et vigorem et sal-
tementum; et ad sanctae Dei Ecclesiae statum, et ad
regni soliditatem et defensionem, qualiter populus in
regno*

regno nostro legem et iustitiam et pacem ac tranquillitatem habeat, de corde puro, conscientia bona, et fide non ficta, fidelis consilio et auxilio nobis sint in omnibus adiutores. Et si aliquis, quod absit, ab hoc deuiare tentauerit, unanimitate ut ad hoc redeat illum conuertere decertemus. Et si ad hoc reduci non potuerit, unanimiter studeamus ut vel sibi soli noceat, et contra hoc quod salubriter conservare debemus non possit damnabiliter agere. Et omnes, tam nobis amici, quam et contrarii, certissimum teneant, quoniam qui contra quemlibet nostrum quidam aduersi machinatus vel molitus fuerit, apud alium locum familiaritatis et amicitiae non habebit.

- 4) HINCMARVS Remensis cap. 35. ait: Quae vtraque tam seniorum susceptacula sic in duobus diuisa erant, ut primo omnes Episcopi, Abbates vel huiusmodi honorificentiores Clerici, absque villa Laicorum commixtione congregarentur: similiter Comites vel huiusmodi Principes sibimet honorificabiliter a cetera multitudine primo mane segregarentur; quoisque tempus sive praesente sive absente Rege occurserent: et tunc praedicti Seniores, more solito, Clerici ad suam, Laici vero ad suam constitutam Curiam, subscelis similiter honorificabiliter præparatis, conuocarentur. Qui cum separati a ceteris essent, in eorum manebat potestate, quando separati residerent, prout eos tractandæ causæ qualitas docebat, sive de spiritualibus, sive de secularibus; sive etiam commixtis.
- Capitulari CAROLI CALVI Tit. I. refertur: in unum conuenisse fideles tam in venerabili ordine clericali, quam et illustres viros in nobili laicali habitu constitutos. Capitulare Aquisigr. an. DCCCIII. c. 7. utriusque ordinis ministros memorat.

- 5) HINCMARVS c. L. multitudinem in comitiis adfuisse ait, quas, vocat inferiores personas; seniores propter consilium ordinandum, minores propter idem consilium suscipiendum et interdum pariter tractandum et confirmandum. Multitudo plerunque vocatur populus, apud Longobardos exercitus, quia armati congregabantur. Causa tamen prouinciam turbam intelligas, sed erant ciues regni praediorum possessores, qui populum et exercitum conficiebant. Omnis tamen auctoritas a rege pendebat

bat; c. 34. donec, inquit¹, res singulae ad effectum per-
ductae, glorioſi Principis auctoritate in sacris eius obtu-
tibus exponerentur, et quidquid data a Deo sapientia
eius eligeret, omnes sequerentur. cf. TR. MEVS Be-
stimmung der Kaiserlichen Machtvollkommenheit —
P. II. Sect. I.

- 6) De consiliariis palatinis HINCMARVS c. 31. ait: *Consilia-
rii autem, quantum possibile erat, tam Clerici quam
Laici, tales eligebantur, qui primo secundum suam qua-
litatem vel ministerium Deum timerent, deinde talen-
tum fidem haberent, ut excepta vita nihil Regi et Regno
praeponenter, non amicos, non inimicos, non parentes,
non munera dantes, non blandientes, non exasperantes,
non sophistice vel versute, aut secundum sapientiam fo-
lummodo huic seculi, quae inimica est Deo, sapientes,
sed illam sapientiam et intelligentiam scientes, qua illas,
qui in supra dicta humana, astutia fiduciam suam
habuerint, pleniter per iustam et rectam sapientiam non
solum reprimere, sed funditus opprimere potuerint. Ele-
cti autem Consiliarii una cum Rege hoc inter se prin-
cipaliter constitutum habebant, ut quicquid inter se fami-
liariter locui fuisset, tam de statu Regni, quamque et
de speciali cuiuslibet persona, nullus sine consensu ipso-
rum cuiuslibet domestico suo, vel cuicunque alteri prodere
debuisse secundum hoc quod res eadem sine die, sine duo-
bus, sine amplius, seu annum seu etiam in perpetuo celari
vel sub silentio manere necesse fuisset. Addatur cap. 33.*
- 7) Hi consiliarii intimi in omnibus negotiis regi aderant; lega-
tionibus aliisque rebus adhibebantur. EGINHARD. An-
nal. ad annum DCCLXXXI. electi sunt, inquit, in hanc
legationem de parte Regis Riculfus atque Eberhardus, ma-
gister principiarum; Capitulare CAROLI M. an. DCCC.
cap. 47. ita: *ut venatores nostri et falconarii vel reliquæ
ministeriales, qui nobis in palatio assidue deseruntur,
consilium in uillis nostris habeant; exercitum praeerat;*
POETA SAXO ad annum DCCLXXXII. canit:

Vnde palatinis ad se tribus ipse vocatis
Principibus, quorum fuit Camerarius unus
Regis, Adaligis, Geilo stabuli Comes alter,
Ductores exercituum fore iussit eosdem.

ABBAS

ABBAS VRSPERG. ad annum 781. Misit Burchardum'Comitem stabuli cum classe in Corsicanam. Idem l. c. misit Theodoricum Comitem et Wagenfried Camerarium adversus Hunnos.

EGINHARDVS Annal. ad annum 791. ait: Partem exercitus Theodorico Comiti et Wegenfrido Cubiculario comitentes. Tabulis anni DCCCLXXXVIII. apud MVRATORIVM Antiq. T. I. p. 361. Carolus Graffus ait: Waltivedus insignis Dapifer et Bertboldus illustris Comes Palati dilectissimi fideles seu Confidarii nostri. De Principibus Elecotoribus intimis, perpetuis et natis imperii consiliariis, plura scripsi TR. C. P. I. c. 4.

8) Singulos recensere nolo, praeter HINCMARVM, HERITIVM, MASCOVIVM breui de his dixit SCHMPDT Geschichte der Deutschen Vol. I. p. 299 sed palmam omnibus praecepit MVRATORIVS Antiqu. Ital. Tom. I. Dist. IV. p. 116.

9) CAPITVLATIO de partibus Saxonie c. 33. ait: interdiximus, ut omnes Saxones generaliter conuentus publicos nec faciant, nisi forte missus noster de verbo nostro eos congregare fecerit. Sed unusquisque Comes in suo ministerio placita et iusticias faciat, et hoc a sacerdotibus consideretur, ne aliter faciat.

CAPITVL. I. an. DCCCII. c. 25. Ut Comites et Convenitarii omnes ad iustitiam faciendam compellant, iuniores tales in ministeriis suis habeant, in quibus securi confidant, quia legem atque iustitiam fideliter obseruant, pauperes nequaquam oppriment, fures latronesque, et homicidas, adulteros, maleficos, atque incantatores, vel auguriatrices, omnesque sacrilegos nulla adulatio vel praemio nulloque sub regmine celare andeant, sed magis prodere, ut emendentur et castigentur secundum legem, ut Deo largiente omnia haec mala a Christiano populo auferantur. De potestate Regum in Duces, Comitesque illustre exemplum praebet iudicium Tasillonis. Ipse KAROLVS tabulis an. DCCCLXXXVIII. in Opere: Nachrichten von Lusatia App. num. VIII. ait: igitur, quia Ducatus Bohariae ex regno nostro Francorum, aliquibus temporibus infideliter per malignos homines Odilonem et Tasilonem propinquum nostrum a nobis subtractus et alienatus

natus fuit, quem nunc moderatore iustitiarum Deo nostro adiuuante ad propriam reuocauimus ditionem.

- 10) CAPITVL. I. an. DCCCLXXXVIII. c. 60. CAPITVLARE II. an. DCCCII c. 22. CAPITVL. I. an. DCCLXXXII. c. 5. CAPITVLARE Francofurtense an. DCCLXXXIII. c. 4. Edictum CAROLI M. an. DCCC. de honore et auctorito Episcopis praefatando a Comitibus et aliis iudicibus; LUDOVICVS Pius Capitul. an. DCCCXXIII. c. 4. ait: *vt nostro auxilio suffulti, quod vestra auctoritas exposcit, famulante, ut decet, potestate nostra, perficeremus valeatis.*

- 11) Capitulare I. an. DCCCII. tractat de officio Missorum, totam rem complexus est FRANC. DE ROY de Missis dominicis; MVRATORIVS Antiqu. Ital. T. I. Diff. 9. HEINECIVS iur. germ. Lib. III §. 26. seqq.

Vnum locum addam, LUDOVICVS Pius apud GEOR. GISCH p. 1214. c. 52. ait: *ut ubicunque Missi nostri, aut Episcopum aut Comitem, aut Abbatem, vel alium quemlibet quocumque honore praeditum inuenient, qui iustitiam facere noluerit, vel prohibuerit, de ipsis rebus vinant, quandiu in eodem loco iustitiam facere debent, et cap. 54. Et Missi nostri, qui vel Episcopi, aut Abbates sunt, aut Comites, usque quo infra suam Iudicariam vel terminum fuerint, nihil de aliis coniectura accipiunt secundum quod in sua traetoria continetur. Vassi vero nostri, et ministeriales, qui Missi sunt, ubicunque venerint, inde coniectum accipiunt.*

§. 59.

De praecipuis iuris sacri sanctionibus secundum capitularia Regum Francorum.

Longobardi coercuerant clericorum superbiam in primis cauti, ut ne Pontifex Romanus ultra modum te extolleret. Carolidarum stirps Pontificum studio et dolo adiuta tam solium regni Franci adscenderat, quam suam auxerat potentiam, fines regni propagauerat, et summum honoris

O apicem

apicem adepta fuerat. Itaque non potuit non singularis erga sedem Romanam et vniuersum clerum exoriri reuerentia, quae fundamenta ie-
cit, quibus tota hierarchia exstrueretur. Caro-
lus M. intra fines retinuit clerum atque Ponti-
ficem Romanum, sed regnante Ludouico Pio lu-
xuriare et post mortem eius dissentientibus filiis
et bellantibus crislas erigere coepit¹⁾.

Itaque capitularibus multa priuilegia clericis
conceduntur, iura singularia in vtilitatem ecclesiae
statuuntur, et quae placuerunt Praesulibus per cano-
nes et leges sanciuntur²⁾. Quae de Leuitis in bi-
bliis sacris leguntur, ad clerum prolati reperimus³⁾
vniuersa autem ecclesia praeter capitularia, iure
Romano et statutis conciliorum regitur⁴⁾.

Iurisdictionis Episcoporum in vniuersum cle-
rum iam adest⁵⁾, exorta autem inter clericum et
laicum disceptatione, iudicium mixtum statui-
tur⁶⁾ monasteria et ecclesiae bona que ecclesia-
stica tutelae et jurisdictioni regiae plerumque
sub sunt, quam per Aduocatos exercent reges,
licet ipsis monasteriis iam facultas constituendi
sibi Aduocatum interdum concedatur⁷⁾. Ban-
nus tamen sanguinis in districtu monasteriorum
et ecclesiarum penes regem est, quem aut Duces
et Comites aut Aduocati ex singulari delegatione
exercent⁸⁾. Episcopi quidem Metropolitanis
suis subiecti esse debebant, sed hac tempestate
iam vis et iniuria per ecclesiam ita grallabantur,
ut saepissime omnis subiectio turbaretur⁹⁾.

In

In ipso ciuitatis regimine ampla est clericorum potestas. Neque enim solum in consuetiis atque palatio magna ipsorum erat auctoritas, sed cum Ducibus et Comitibus inspectionem quan-dam in subditos et iudicia habebant, quae paulatim pars iurisdictionis ecclesiasticae facta fuit¹⁰). Curae in primis ipsis erat, ut principia religionis ethnicae delerentur, omnisque Deorum cultus, qui clam adhuc inter Germanos et Saxones in primis serpebat, deleretur¹¹).

Disciplina ecclesiastica ad decorum aliquod cleri stabiendum multis modis constituta fuit, atque ut mores feros exuerent, prohibitum ipsis fuit venari, crines Francorum more alere, arma gerere, militare in bello, statutum contra, ut decenti habitu incederent, mores ad pracepta religionis christianaee componerent, exemploque et vita simul prodeßent¹²). Atque in hunc modum origines iuris ecclesiastici tam publici, quam priuati ex Capitularibus repetendae erunt. Clerus tamen et vniuersa ecclesia atque ipse summus Pontifex ciuitati et legum ferendarum potestati suberat, et monstrum istud, ecclesiam eiusque Antistetes non a Principe, intra cuius ciuitatem degunt, pace fruuntur, bona possident exercentesque iurisdictionem suam pendere, sed soli Deo et regimini sacro esse subiectos, inauditum erat¹³). Hoc enim paulatim Isidorus Impostor cum superstitione sequentium seculorum procreauit¹⁴).

- 1) cf. SCHMIDT *Geschichte der Deutschen* Vol. I. p. 570. seqq.
 SPITTLER *Grundriss der Geschichte der christlichen Kirche* Periode III. Arrogantiae Pontificiae vnum exemplum addere iuvat. IOANNES VIII. Ludouico II. sine prole mortuo, non solum gloriatur, se regnum Italicum nomenque Imperatorium Carolo Calvo contulisse, secundum documentum P. II. SS. Rer. Ital. T. II. sed de Carolo Craffo Epis. LV. ad Archiepiscopum Mediolanensem scribit: *de noui Regis electione, ut omnes pariter consideremus, nos praedicto tempore valide adesse oportet, et ideo antea nullum absque nostro consensu regem debetis recipere. Nam ipse, qui a nobis est ordinandus in imperium, a nobis primum atque potissimum debet esse vocatus atque electus.* Idem Pontifex mortuo Carolo Calvo, Carolomanno anno DCCLXXVII. in App. Operis: *Nachricht von Iuuauia num. XLIII.* scriptis: *Legatos ex latere nostro ad vos solenniter dirigemus cum pagina capitulariter continente ea, quae vos matri vestrae ecclesiae Romanae vestroque protectori B. Petro Apostolo perpetualliter debetis concedere.*
- 2) Pauca delibabo. Capitulari I. an. DCCCXVIII. cap. 6. statuitur: *Si quis res suas pro salute animae sue vel ad aliquem venerabilem locum, vel propinquum suo, vel cuiilibet alteri tradere voluerit; et eo tempore intra ipsum comitatum fuerit, in quo res illae positae sunt, legitimam traditionem facere studeat. Quod si eodem tempore quo illas tradere vult, extra eundem comitatam fuerit, id est, siue in exercitu, siue in palatio, siue in alio quolibet loco, adhibeat sibi vel de suis pagensisibus, vel de aliis qui eadem lege viiunt qua ipse viuit, testes idoneos, vel si illos habere non patuerit, tunc de aliis quales ibi meliores innueniri possint, et coram eis rerum suarum traditionem faciat, et fideiissiones vestiturae donet ei qui illam traditionem accipit ut vestituram faciat. Et postquam haec traditio ita facta fuerit, heres illius nullam de praeditis rebus valeat facere repetitionem. Insuper et ipse per se fideiissionem eiusdem vestiturae, ne heredi villa occasio renaneat hanc traditionem immutandi, sed potius necessitas incumbat illam perficiendi. Et si nondum res suas cum cōberedibui suis diuisas habuit, non ei hoc sit impedimento, sed cohaeres eius*

eius, si sponte noluerit aut per Comitem aut per missum eius disstringatur, ut divisionem cum illo faciat, ad quem defunctus hereditatem suam voluit peruenire. Et si cuilibet ecclesiae eam tradere rogauit, coheres eius eam legem cum illa ecclesia de praedicta hereditate habeat quam cum alio coherede suo habere debeat. Et hoc obseruetur erga patrem et filium et nepotem usque ad annos legitimos. Postea ipsae res ad immunitatem ipsius ecclesiae redeant. Quia sanctio occasio acquirendi peropportuna ecclesiis data fuit; in fraudem tamen heredum id fieri non debuit Capitul. Aquigran. an. DCCCXVI. c. 7. Add. Lib. I. et II. Capitularium.

- 3) Obligatio decimorum generalis statuitur *Capitulari an. DCCCXXVIII. c. 7. Capitul. Francfurt. anno DCCLXXXVIII. cap. 23. Ipse CAROLVS M praecepit, vt decimas ex villis suis praefarentur in Capitul. de villis regiis cap. 6. In tres partes diuidebantur decimae, una in ornamentum ecclesiae expendebatur, altera inter pauperes et peregrinos diuidebatur, tertiam sibi referabant sacerdotes ex Capitul. Episc. cap. 7. apud GEORGISCH p. 62. Capitulare LOTHARII I. cap. VII. iniungit omnibus, vt decimas soluant, sed c. 23. apud GOLDASTVM p. 119. praecepit: vt decimae populi diuidantur in quatuor partes, id est, una pars Episcopo, alia clericis, tertia pauperibus, quarta ecclesiae in fabricis applicetur sicut in decreto Gelasi Papae continetur. Idem anno DCCCVII. ex sacris canonibus receperunt clerici Bauariae apud MEICHELBECK Histor. Frif. T. I. P. II. num. 286.*
- 4) Ludouicus Pius apud GEORGISCH p. 1214. cap. 55. praecepit: *vt omnis ordo ecclesiasticus lege Romana viuat et sic inquirantur et defendantur res ecclesiasticae, vel emphyreofeos contractus unde ecclesia damnum patitur, non obseruentur, sed secundum legem Romanam destruantur et poena non soluantur.*
- 5) Episcopis in parochia iurisdictionem et inspectionem in clericum competuisse, ex Capitul. I. an. DCCLXVIII. cap. 8. patet, vbi haec: *decreuimus quoque iuxta sanctorum canones, vt unusquisque Presbyter in parochia habitans Episcopo subiectus sit illi, in cuius parochia habitat,*

bitat, et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui, sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus, et ordine Missarum, Episcopo reddat. Et quandocunque iure canonico Episcopus circumeat parochiam populos ad confirmandos, Presbyter semper paratus sit ad suscipiendum Episcopum, cum collectione et auditorio populi qui ibi confirmari debet. Et in coena Domini semper nouum christma ab Episcopo suo quaerat. Et de vetera nullus baptizare praesumat, sed ardere in luminaribus Ecclesiae faciat. In Synodo Vernenſi statutum fuit: ut unusquisque Episcoporum potestatem habeat in sua parochia tam de clero quam de regularibus, vel secularibus ad corrigandum et emendandum. Add. Capitulare an. DCCLXVIII. c. 16. an. DCCLXXXIII. c. 15.

CLOTHARIUS II. an. DCXV. cap. 4. statuit: ut nullus indicum de quolibet ordine clericos de ciuilibus causis, praeter criminalia negotia, per se distingere aut dannare praesumat, nisi conuincitur manifestus, quem vero conuicti fuerint de crimine capitali, iuxta canones distingantur et cum Pontificibus examinetur; in Capitulo. an. DCCLV. cap. 18. ita: nullus Clericus ad iudicia laicorum publica veniat, nisi per iussionem Episcopi sui, vel Abbatis, iuxta canones Cartbaginenses capitulo IX. ubi scriptum est: Qui relatio ecclesiastico iudicio publicis iudicis je purgare voluerit, etiamsi pro illo protata fuerit sententia, locum suum amittat. Hoc in criminali iudicio, in ciuili vero perdat quod enticit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices undique Ecclesiae patet auctoritas, ipsa se indignum fraterno consortio iudicat, qui de uniuersa Ecclesia male sentiendo, de seculari iudicio poscit auxilium, cum primatorum Christianorum causas Apostolus ad Ecclesiam deferri atque ibidem terminari praecipiat. Et maxime ne in talibus causis inquietudinem Domino Regi faciat. Add. Capitulare Lothuri. I. cap. 1.

6) CLOTHARIUS II. edicto suo cap. 5. statuit: Quod si causa inter personam publicam et homines ecclesiae fieri, pariter ab utraque parte praepositi ecclesiistarum et index publicus in audience publica positi ea debeant iudi-

iudicare, et Capitul. Francof. an. DCCLXXXIII.
cap. 28. ita: de clericis ad iuuicem altercantibus, aut
contra Episcopum suum agentibus, ut sicut canones do-
cent, ita omnino peragant. Et si forte inter clerici-
cum et laicum fuerit orta altercatio, Episcopus et Co-
mes simul conueniant, et unanimiter inter eos causam
definiant secundum rectitudinem. De purgatione cleri-
corum Capitul. Aquigr. c. 7. processum definit.

7) Plura loca excitaui in diff. de iurisdictione ordinaria et
 exenta §. 14 et 15.

8) *Capitul. an. DCCLXXVIII. cap. 9. praecipitur; ut la-*
terones de infra emunitatum illi iudices ad Comitum
placita praesentent, et qui hoc non fecerit, beneficium
et honorem perdat.

9) *Capitul. I. an. DCCLXXXVIII. cap. 8. seqq. Carolus*
M. hierarchiam in prouinciis, dioecesisibus et parochiis
ordinat: ut ad metropolitani Episcopum Suffraganeum
respiciant et nihil noui audeant facere in suis parochiis
sine scientia et consilio sui Metropolitani, nec Metro-
politanus sine eorum consilio. Item in eodem concilio
similiter in Ancyronensi, ut Chorepiscopi cognoscant mo-
dum suum et nihil faciant absque licentia Episcopi, in
cuicunque parochia habitant. — Item in eodem concilio si-
milit et in Sardicensi, nec non et in Decretalibus Inno-
centii Papae, ut nullas Episcopos in alterius parochia
ordinationes aliquas audeant facere vel negotia peragere,
quaes ad eum non pertinent. In Synodo Vernensi anno
DCCEV. cap. 2. statutum: Episcopos, quos modo in vi-
cem Metropolitanorum constituitur, ut ceteri Episcopoi
ipsi in omnibus secundum canoniam institutionem
obediant. Archiepiscopi igitur cum suffraganeis saepe
iunguntur atque unam fere personam sustinent. In
Capitulari Triburensi ita: in consilio apud Theodosii
villam ubi interfuerunt XXXII. Episcopi, Heinrichus
Mogavienensis Archiepiscopus cum suis Suffraganeis, Hettii
Treuirensis Archiepiscopus cum suis Suffraganeis, Ebbo
Rhomenensis Archiepiscopus cum suis Suffraganeis e. et
Antiquam hanc disciplinam, quam Pseudo-Ildorus tue-
bavit, Archiepiscopi Germaniae nunc restaurare student,
qualem euangelium autem res habituerae sint, tempus docebit.

- 10) CAROLOMANNVS *Capitul II.* an. DCCXXXIX.
cap. 3. ait: *vt iuxta decreta canonum, adulterio et incesta matrimonia prohibeantur et emendentur Episcoporum iudicio*, Add. *CAPITVLARE* an. 755. c. 9. CLOTARII R. *constitutio* an. DLX. c. 6.
- 11) CAROLOMANNVS *Capitul I.* an. DCCXXXIX. c. 5.
ait: *decreuimus quoque, quod et pater meus ante praecipiebat, vt qui paganas observationes in aliqua reficerit, multetur et dannetur quindecim solidis*. Idem repeatit CAROLVS M. anno DCCLXVIII. c. 6.
- 12) SCHMIDT c. 1 de his rebus exposuit.
- 13) SIGEBERTVS REX *epistola* an. DCL. apud GEORGISCH p. 483. vetat synodus celebrari sine ipsius auctoritate *Epistola LVDOVICI PII de concilii Episcoporum in quatuor imperii partibus congregandis anno DCCCXXVIII.* pluraque alia monumenta demonstrant, Reges et Imperatores Archiepiscopis et Episcopis imperasse, neque ullam hic Pontificis Romani agnoscit protestatem. LEO III. in *Epistola ad Carolum M.* anno DCCLXXXVIII. data in App. *Operis Nachrichten von Iuuania num. XI* ait: *conuenit nos in omnibus adimplere vestris legalibus votis. Quapropter venientes ad nos per vestram regalem sanctionem missi Vestri viua voce intonauit nobis, quod Vestra Excellencia mandasset nobis per ipsum, quod Arnoni Episcopo pallium tribueremus et in prouincia Baiuuariorum Archiepiscopum constitueremus — libenti secundum vestram regalem demandacionem accommodauimus animo et praefato reverentissimo et sanctissimo, Arnoni usum pallii concessimus utendi et in prouincia Baiuuariorum ordinauimus Archiepiscopum. CAROLVS M. an. DCCCX. in opere laudato num. XVI. definiuit litem inter Patriarcham Aquileiem et Archiepiscopum Iuuaniensem de finibus dioecesium.*
- 14) Isidorum fraudatorem opere suo intendere, *vt infringatur Metropolitanorum potestas, Episcopi contra omni alii iudicio eximantur, recte notant VV. CL. SPITTIER, Geschichte des canonischen Rechts p. 264. seqq. IGN. SCHMIDT Geschichte der Deutschen T. I p. 68. FÜTTER Entwicklung der heutigen Staatsverfassung T. I.*

T. I. p. 88. Itaque cum Episcopos iudicem aliquem habere oportebat, Pontifici Romano tribuit iura, quae nunquam haberat, atque eatus CAROLVS BLASCVS de Collectione Canonum Isidori Mercatoris p. 52. de Impotoris scopo recte iudicat, idque p. 74. ex damnata usurpatione bonorum ecclesiae, ex fratre Choropiscoporum potestate, ex exaggerato spirituali coniugio inter Episcopum et ecclesiam, ex honore fæcere maxime Episcopis praestando, ex restitutione Episcopis spoliatis ante omnia facienda et inducis eis dandis, ex frenata accusandi clericos et maxime Episcopos licentia, ex accusatione, nisi praemissa correctione non facienda, ex accusatione item non facienda sine prævia inscriptione, ex non damnandis vel accusandis absentibus, ex testium qualitatibus eorumque numero requisito in damnatione Episcoporum aliquaque argumentis probauit, sed quod negat vir doctissimus Pontifices Romanos hanc fraudem in suam veritatem utilitatem, oppido falso est. Historia Pontificum, præfertim Nicolai I. plane alia docet. Si enim vestigia Antecessorum presserint Romani Pontifices, fraus facile detegi et antiqua ecclesiae disciplina sufficeri potuerit. Audiamus LEONEM III. Arnoi Archiepiscopo in App. Operis de Inuania p. 58. ita respondentem: *Archiepiscopus interrogauit nos deinceps coniunctionibus, quae usque nunc multis in locis non canonicè obseruabantur. Quamquam sint, qui dicunt, sanctum Gregorium scriptisse Augustino Episcopo ad Anglorum gentem tertia propinquitate posse copulare, quod omnino in scrinio D. Petri non inueniuntur. Nos quippe eidem venerabili Archiepiscopo quicquam aliud constitutere non valuimus, nisi quod a prædecessoribus nostris repperimus.* In concilio vero sanctæ recordationis domini Zachariam Papam scriptisse eius synodi inuenimus ita sed neque hoc silendum est, quod in Germaniae partibus diuulgatum est, quod quidem in archivio sanctæ ecclesiae scriptum non repperimus, ipsis tamen afferentibus hominibus de Germaniae partibus didici quod beatæ recordationis S. Gregorius, quem vera religione christianitatis diuina gratia illustrasset, licentiam illis dedisse in quarta seculo copulari generatione. *Quod quidem licetum Hilarii scriptis non est, dum usque se generatio cogouerit, sed dum rudes*

rudes erant et invitandi ad fidem, quanquam minime scriptum, ut dilectum est obseruabant, nunc autem custodi non ambigimus, ita et illi ediximus. Nam plus quam praedeceessores nostri canonici instituerunt, aliquid omnino dicere non valens Reperinus quippe in D. Isidoro Spaniensi Episcopo sic usque in septimam generationem obseruare et sic copulare, quia in septimo die quieuit dominus ex omnibus operibus suis et in nouellis Romanorum legibus instans reperitur. Est sane locus ex multiplici causa memorabilis.

§. 60.

De iudiciis priuatis eorumque forma.

De legibus priuatis tam ciuilibus, quam criminalibus supra exposuimus, forma autem iudiciorum breui complectenda est. Principia duo generalia ponenda sunt, vnum quidem, ut quilibet lege connata iudicetur, alterum ut omne iudicium coram paribus aut apud superiore magistratum instituatur. Quod quidem principium in omnibus ciuitatibus et per omnes populorum Germanicorum ordines obtinuit. Insimus itaque iurisdictionis gradus erat, quae in pagis et villis per iudices et scultetos exercebantur, qui sere Centenarii appellabantur, et de leuioribus cauiss iudicabant¹⁾ hi suberant comitibus suis atque Ducibus²⁾, quibus omnibus praeerant Legati Augustales seu Missi dominie, quorum erat in facta et mores iudicum ac comitum inquirere, prouocationes recipere earumque expediendarum causa quater plerumque quotannis conuentus in suo districtu agere, atque ita iurisdictionem supremam et concurrentem vice sacra exercere³⁾. Ipsius tamen

men regis summa erat iurisdictio, non solum
earum caussarum, quae per prouocationem ad
palatium deuoluebantur et a Comite Palatino
cognoscebantur, sed in eos etiam, qui proxime
Regi suberant, in legatos Augustales puta, Epi-
scopos, Abbates, Duces, Comites, Dynastas⁴).

Ipsa iudicia in conuentibus publicis habeban-
tur, quos malla et placita vocabant. Tales con-
ventus habebant et Centenarii et Comites, erant-
que vel stati et solemnies, qui diuersis anni tem-
poribus salutis publicae caussa cogebantur et ab
omnibus celebrabantur; vel indicti ad preces reo-
rum, ob singularem aliquam caussam. In his
aderat iudex eiusue vicarius, adseffores et rei,
quorum caussa tractabatur⁵). Conuentus hos
olim sub dio fuisse habitos constat, sed Caro-
lus M. iam paecepit, vt aedes iudiciorum caussa
exstruerentur⁶), quamquam pristinus mos non
plane desit, quid? quod ad nostram usque me-
moriā manauit.

Assessores viros bonos, sapientes, legum mo-
rumque peritos et reo pares esse oportebat. Nu-
merus septenarius et duodenarius saepe placuit
maioris nostris. Horum erat caussam cognoscere
atque definire, iudicis erat regere iudicium,
impertiri auctoritatem, firmare et exequi senten-
tiā latam⁷).

Praeter Assessores, sine quibus iudicium non
intelligebatur, Sachibarones, Rathinburgii, aut viri
boni aderant. Magna autem de munere eorum
est

est disceptatio, equidem puto fuisse viros morum legumque peritos, qui et iudici et assessoribus in sententia dicenda consilium et iura subuinistrarent. Ab arbitrio iudicium et magistratum tota haec res pependisse videtur, ut nulla adeo stabilitas et perpetua definiri possit forma ⁸⁾. Tandem etiam populus circumstare solebat iudicia, et in caussis maioris momenti post disceptationem publicam et sententiam latam, eius adeo consensus et approbatio exquirebatur. Inde iudicia stata praeferunt conuentus populi simul erant, in quibus leges in primis a superioribus latae praelegabantur.

Ipsum quidem ius ex legibus et moribus dici oportebat ⁹⁾, forma autem et ordo iudiciorum consuetudine fere regebatur, quippe rem aliquam in vulgus notam et a maioribus traditam legibus constitutere non solebant Germani. In iudiciis acta conscribi mos erat, in quibus sententiae in primis notabantur, plerumque etiam aderat liber legum, quem in caussis dubiis euoluere oportebat iudices. Quod si casus ex lege definiri non poterat, secundum plurima suffragia ex aequo et bono definiebatur, et talis sententia ius constitutere et in simili casu obseruari solebat. Inde iura non scripta manarunt perquam multa, quae Quiritibus disputatione fori constituta et rerum iudicatarum auctoritate recepta dicuntur.

In iudiciis praeter lites et caussas etiam alia tractari solebant negotia, de quibus autem hoc loco

loco exponendum non videtur¹⁹). Qui enim de iudiciis Germanorum exposuerunt, de his rebus simul dixerunt²⁰).

Atque in hunc modum iustitia bene admirari potuisset ac debuisse in regno Francorum, sed cum tot populi modo sub imperium ciuile redacti difficile coerceri nec libertatem naturalem aut si maius feritatem tam cito exuere possent, griffabantur vis et caedes, ut quilibet sibi ipse gladio saepius consulere cogeretur. Reges itaque, ut securitatem stabilirent, omnibus usu armorum interdixere quidem, sed tantum aberrat, ut id posset obtineri, ut vix clerici arma seponerent²¹) duellum quoad fieri poterat et privatam homicidii vltionem arctissimis limitibus circumscripterunt²²), maior tamen securitas in gladio et defensione, quam in legibus posita erat, ideoque ipse Imperator diligentissime in suis villis custodias circum positas habuit²³). Praecipua omnium malorum causa ex ipso regimine ideoque a capite repetenda videtur. Cum enim Principes tantorum populorum ferocia pariter atque superstitione agitatorum recturam non satis apte et prudenter moderarentur, omnia in praedam, quærumque occupaueris, cedere videbantur. Inde vassalli et magistratus, ecclesiarum Antistites et Pontifex maximus, vinculo ciuitatis fere rupto, potestatis suae fines proferre studebant, unde fluctus in vniuerso regimine, ex quibus factum fuit, ut vjs, rapina, superstitione omnia miscerent.

1) CAPI-

1) CAPITVLARE an. DCCCXLII. c. 4. ait: *ut nullus homo in placito Centenarii, neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam aut ad res reddendas vel mancipia iudicetur, sed ista aut in praesentia Comitis vel Missorum nostrorum iudicentur.* CAPITVLARI Wormatiensi an. DCCCXXVIII. cap. 4. apud GEORGISCH p. 907. cauetur: *De Vicariis et Centenariis qui magis propter cupiditatem quam propter iustitiam faciendum saepissime placita tenent; et exinde populum nimis affligunt, ita teneantur, sicut in capitulare Domni Karoli Imperatoris continetur in libro III. capitulo XL.* *Ut nullus ad placitum manniatur, nisi qui causam suam quaerit, aut si alter ei quaerere debet; exceptis scabineis septem, qui ad omnia placita esse debent.* Item de eadem re in capitulare nostro in libro IV. capitulo LV. *De placitis si quidem quae liberi homines obseruare debent constitutio genitoris nostri penitus obseruanda atque tenenda est; ut videlicet in anno tria sollemniter generalia placita obseruant, et nullus eos amplius placita obseruare compellat; nisi forte quilibet aut accusatus fuerit, aut ad testimonium perhibendum vocatus fuerit.* Ad cetera vero quae Centenarii tenent non altius venire iubatur, nisi qui aut litigat aut iudicatur aut testificatur. Et quicunque huius constitutionis transgressus a Missis nostris inventus fuerit banum nostrum persoluar. CAPITVL. II. an. DCCCXIII. cap. ii. *ut Comites, unusquisque in suo comitatu carcerem habeant.* Et indices atque Vicarii patibulos habeant.

Add. ANSEGIVS Lib. III. Capitul. c. 79. lib. IV. c. 26. App. II. ad lib. IV. c. 28. Lex Longob. lib. II. Tit. 12. §. 10. HERM. ADOLPHVS MEINDERS diff. de iudiciis centenariis veterum germanorum. De minoribus iustitiae ministris, hoc est de iudicibus, scabinis, sculdafris, Gaftaldiis, Decanis, Siluanis etc. in regno Italiae differit MVRATORIVS Antiqu. Ital. Vol. I. num. X.

2) Capitula CAROLOMANNI Tit. u. c. 9. ita: *Comes praecepit suo Vicecomiti suisque Centenariis ac reliquis ministeriis reipublicae.* LEX LONGOB. Lib. II. Tit. 54. c. 22. volumus ut Comites nostri licentiam habeant inquisitionem facere de Vicariis et Centenariis, qui magis

*gis per cupiditatem, quam propter iustitiam faciendam
faepissime placita tenent, et inde populos nimis affligunt.*

3) *Capitulare I. et II. an. DCCCII. Dixit hac de re FR.
DE ROYE de Missis dominicis p. 79. seqq.*

4) *Capitul. I. an. DCCCII. c. 30. statuitur, vt quilibet tuto
ad Imperatorem, accedere possit; Capitul. anno
DCCCXVIII. c. 14. apud GEORGISCH p. 905. legi-
tur: Hoc Missi nostri notum faciant Comitibus et po-
pulo, quod nos in omni bebdomada vnum diem ad caus-
fas audiendas et iudicandas sedere volumus. Comites
autem et Missi nostri magnum studium habeant, ne
forte propter eorum negligentiam pauperes crucientur,
et nos taedium propter eorum clamores patiamur, si
nostram gratiam habere velint. Populo autem dicatur
vt caueat de aliis causis se ad nos reclamare nisi de qui-
bus aut Missi nostri aut Comites eis iusticias facere nolue-
rint. Etenim statutum erat, vt nemo ad regem prouo-
caret nisi iustitiam denegata docere posset. Capitu-
lare Metense cap. 9. apud GEORGISCH p. 527. ita:
vtonnes iusticias faciant, tam publici, quam ecclesia-
stici. Et si aliquis homo ad palatium venerit pro causa
sua, et ante illi Comiti non innoverit in mallo ante
Rachinburgios, aut si causa ante Comitem in mallo fuit
ante Rachinburgios, et hoc sustineret noluerit, quod
ipsi ei legitime indicauerint, si pro ipsis causis ad pa-
latium venerit, vapuletur. Et si maior persona fuerit,
Regis arbitrium erit. Et si reclamauerit quod legem
ei non indicassent, secundum legem contra ipsum emen-
dare faciat. Et si Comes et Rachinburgii eum conuince-
re potuerint quod legem ei indicassent, et ipse hoc re-
cipere noluerit, hoc contra ipsos emendare faciat.*

CAPITVLARE III. an. DCCCXII. c. 2 statuit: vt
Episcopi, Abbates, Comites et potentiores quique, si caus-
sam inter se habuerint, ac se pacificare noluerint, ad
nostram iubentur venire praesentiam, neque illorum
contentio altibi finiatur; neque propter hoc pauperum et
minus potentium iustitiae remaneant. Neque Comes pa-
latii nostri potentiores causas sine nostra iussione finire
praefunat, sed tantum ad pauperum et minus potentium
iusticias faciendas sibi sciat esse vacandum.

Cai-

CAPITVL. IV. an. DCCCIV. c. 12. de aduocatis, id est, ut praui Aduocati, Vicedomini, et Centenarii tollantur, et tales elegantur; quales sciant et velint in iste causas discernere et determinare. Et si Comes prauus inuentus fuerit, nobis nuntietur.

MVRATORIUS T. I. A. Ital. p. 354. quanta, inquit, Comitis Palatini foret auctoritas, ex eo intelligas, vniuersi regni populum potuisse appellare a Ducibus, Marchionibus et Comitibus ad ipsum. Et in quacunque regni parte ille versaretur ex ordinaria facultate indicare is poterat ac sententias Ducum et reliquarum potestatum seu magistratum, retractare. Missis Dominicis erat pars ferre potestas, sed delegata ac tempora mea et constricta plerumque ad aliquam Prouinciam seu locum. Quanquam veri quoque simile est, potuisse appellationem interponi a sententia eiusmodi Misorum ad Comitem palati.

- 5) *Capitul. III. an. DCCCIII. c. 20.* ut nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam quaerit, aut si alter ei quaerere debet, exceptis scabinis septem, qui ad omnia placita processu debent. Add *Capitul. I. an. DCCCVIII. c. 13.* CAROLVS M. *Capitul. I. an. DCCLXVIII. cap. 12.* ait: ut ad malum venire nemo tardet, primum circa autumnum. Ad alia vero placita, si necessitas fuerit, vel denuntiatio urgeat, vocatus venire nemo tardet. Sed hic locus de comitiis intelligendus est.
- 6) *Capitul. I. an. DCCLXVIII. c. 14.* volumus utique, ut dominus a Comite, in loco, ubi mallum tenere debet, construatur, ut propter calorem solis et pluviam publica utilitas non remaneat. *Capitul. I. an. DCCCVIII. c. 25.* restaurationem locorum, ubi placita esse debent, iniungit.
- 7) cf. DISS MEA de iurisdictione ordinaria et exenta cap. 4. vbi de legitimis iudiciorum assessoribus, ex antiquitatibus exposui.
- 8) LEX SALICA Tit. LVII. cap. 4. ait: Sachibarones in singulis Mallobergis plures esse non debent, quam tres, a quorum sententia Grauio, si sanum aliquid dixerint, recedere non possint. Hos a septemuiris litibus iudicandis distingui ex Leg. Sal. Tit. LIII. c. 3. patet.

SCHOEFF.

SCHOEFF. progr. de Sachibaronibus in Mallobergiis
Tubingae 1740; BROCKES de veterum Sachibaronibus
Ienae 1753. dixerunt, praeter ECCARDVM ad legem Sa-
licam p. 99 seqq.

- 9) CLOTARIUS Constat. an. DLX. cap. 1. iubemus, inquit,
vt in omnibus causis antiqui iuris forma seruetur et
nulla sententia a quolibet iudicu[m] vim firmatis obti-
neat, quae modum legis atque aequitatis excedit; Capi-
tul. an. DCCCIL. c. 26. vt indices secundum scriptum le-
gem iuste indicent, non secundum arbitriuum suum.
Idem ab antiquissimis temporibus Germanorum legisla-
toribus curse cordique fuit. LEX RIPVARIA Tit.
LXXXVIII. praecepit: vt nullus optimatus, maior do-
mus, domesticus, comes, grauius, cancellarius, vel quibus-
libet gradibus sublimatus in prouincia Ripuaria in iu-
dicio residens munera recipiat.
- 10) CAPITVL. IV. an. DCCCIII. c. 7. apud GEORGISCH
p. 67.
- 11) CONRINGII, HAVSCHILDII, BRVMMERI, PUFEN-
DORFII, SENKENBERGII, KOPPII, REDERI, aliorum
que opera, qui de iudicis exposuerunt, nota sunt, iu-
venibus autem in scholis explicanda sunt virtutes et vicia.
- 12) Capitulare II. an. DCCCV. c. 5. de armis infra patriam
non portandis id est, scutis et lanceis et loricis, sed in
concilio Moguntino an. DCCCXIII. c. 17. Episcopi
aiunt: nos autem qui relinquimus seculum id omnibus
obseruare volumus, ut arma spiritualia habeamus, secu-
laria dimittamus. Laicis vero, qui apud nos sunt, arma
portare non praeiudicemus, quia antiquus mos est et ad
nos usque peruenit.
- 13) CAPITVLARE II. an. DCCCV. c. 5. Si faidosus quis
sit; discutiatur runc quis e duobus contrariis sit ut pa-
cati sint; et distringantur ad pacem, etiam si noluerint.
Et si aliter pacificari nolunt, adducantur in nostram
praesentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum
occiderit, componat illum, et manum quam periuravit
perdat, et insuper bannum dominicum soluat.
- 14) CAROLVS M. in Capitul. de villis c. 27. praecepit: casae
nostrae indefinenter foca et waetas habeant, ita ut saluae
sint. Mortuo Carolo M. et Ludouico Pio vis et rapina liber-
rime

rime grassabantur. *Conventu I apud Marsnam c. 6. statuitur: vt rapinae et depraedationes, quae quasi iure legitimo haetenus factae sunt, penitus interdicantur; Paſto Confluentino c. 6. de iſis rapinis et depraedationibus quas quasi pro lege multi per consuetudinem tenent ab hoc die de Dei banno et noſtro verbo bannimus.*

CAPUT III.

HISTORIA FEVDORVM IVRISQUE FEV-
DALIS IN REGNO FRANCORVM.

§. 61.

Vestigia feudorum apud Francos leguntur ante regnum conditum.

Cum legum iuriumque feudalium rationem habere constitui in conscribenda iuris Germanici historia, breui etiam feuda eorumque origines ac progressus persequar. Nec tamen mens est omnem feudorum historiam complecti, sed ea duntaxat delibare, quae in Capitularibus Regum Francorum Germanorumque legibus reperiuntur, ut ipsa haec historia, legum feudalium historiae et interpretationi inferuiat.

Francos populum Germanum communia Germanorum instituta habuisse non solum ex universa historia colligi potest, sed adsunt etiam propria eius rei argumenta. Reges enim Francorum a scriptoribus commemorantur¹), quos Dukes esse et Optimates populi certum est, hos iuniores in seruitiis bellicis adhibuisse exinde intellegitur, quia fidem in bello et maximam fortitudinem reperimus, eiusque fortitudinis proemia refe-

referuntur²⁾), quae quidem omnia antiquitatem nexus feudalis primaque feudorum vestigia in populis Francorum demonstrant.

Ex lege Francorum Salica alia eius rei argumenta patent. Instituti enim feudalis vestigia et monumenta ibidem reperire mihi videor, ANTRUSTIONES enim, CONVIVAE REGIS et LEVDES singularem fidelitatis nexum subeunt³⁾), supra autem demonstrauimus legem Francorum Salicam ex moribus gentis et traditionibus esse haustum, ideoque Antrustionum origines ex pristinis temporibus repetendas puto. Beneficia et feuda adhuc desunt, epulis seniorum intersunt, neque dubito, quin alia perceperint vassalli commoda, sed nexus ille clientelaris, qui in libera Germania pacto solo nitebatur, iam certum gradum in ciuitate Francorum obtinuit, ideoque ipsius ciuitatis et regiminis partem iam constituere coepit. Antrustiones enim dignationem publicam ipsis codicillis seniorum collatam habent⁴⁾, Werigildo maiore componuntur, quasi maiorem iacturam morte talis hominis ciuitas passa fuisset⁵⁾, ipsisque proceribus gentis aequiparantur⁶⁾. Arege, vti alii proceres, iudicari et coerceri poterant, et ni fallor, haec sunt antiquissima iurisdictionis et iudicij feudalis vestigia⁷⁾ quamuis partem iurisdictionis ordinariae adhuc constituebat. Nectamen omnes Leudes, sed Antrustiones Leudibus fere comprehensos pro veris vassallis habuerim.

1) EVMENIVS *Panegyr. VL c. 10.* reges Francorum memorat, quos Duces recte interpretatur HERTIUS *Notit. Regni Franc. Vet. cap. I. §. 6.*

- 2) LIBANIVS Paneg. Constanti et Constantio diElo, de Francis ait: *porro insanae peruvicacitatis preemia et audacie bonores legibus apud ipsos sanctis obtinent*; et Orat. ii. c. 32. Lex, inquit, *apud eos est aut vincere aut mortem oppetere*. Hoc non de tota gente, sed de comitibus et clientibus esse intelligendum, ego quidem persuasissimus sum.
- 3) LEX SALICA Tit. XXVI. c. 4. Tit. LXXIII. c. 2. Tit. LXXVI. MVRATORIUS de vassis, vassallis et beneficiis T. I. Antiqu. Ital. p. 348. De praerogatiis vasallorum Francorum dixit BERTRAM apud ZEPERNICK V. CL. Vol. II. Opusculorum ad ius feudale pertinentium num. 2.
- 4) MARCVLFVS Lib. I. form. 18. ita: *rectum est, vt qui nobis fidem pollicentur illasam, nostro tueantur auxilio, et quia ille fidelis Deo propitio, noster veniens ibi in palatio nostro una cum Arimannia sua in manu nostra tristem et fidelitatem nobis visus est coniurasse, properna per hoc praeceptum decernimus ac iubemus ut deinceps memoratus ille in numero Antructiounum computetur et si quis fortasse eum interficeret praesumferit, nouerit se Wrigildo suo solidis sexcentis esse culpabilem.*
- 5) Werigildum ex modo dignationis ciuilis definiri constat, Francus duplum Werigildum habet erga Romanum ex Lege Sal. Tit. XXXV. cap. 3 et 4. Tit. XXXV. c. 3, et Ripuaria Tit. XXXVI. De Antructiounibus Lex Sal. Tit. XXXXIII. c. 4. ait: *si vero eum, qui in truse dominica est, occiderit, (Malb. Leudi) XXIII. M. denar. qui faciunt sol. DC. culpabilis iudicetur*. Werigildum Comitis etiam sexcentis solidis aestimabatur, ex quo intelligimus vasallos Comitibus fuisse exaequatos. Tripla autem aestimatio foluebatur, si quis vasallum in feruicio regio occiderat; Tit. XXXV. c. 1. ita: *si quis collecto contubernio, hominem ingenuum in domo sua adsallierit, et ibidem eum occiderit, (Malb. Chamefalia) XXIII. M. den. qui faciunt sol. DC. culpabilis iudicetur cap. 2. si vero in truse dominica ille, qui occisus est fuerit LXXII. M. Den. qui faciunt solidos MDCCC. culpabilis iudicetur.*
- Add. Tit. XXXII. c. 19 et 20. Tit. LXVI, cap. 3 et 4.
- 6) LEX SAL. Tit. LVII.

7) LXX



7) LEX SALICA Tit. LXXVI. ait: *si Antrusfio Antrusfionem de quacunque causa admalere voluerit — si Antrusfio contra Antrusfionem testimonium iurauerit.* — Hoc capite plura iuris feodalium antiquissimi capita continentur, quae tamen explanare nostrum non est.

§. 62.

Historia feudorum inde a regno condito usque ad mortem Caroli M.

Quales progressus feuda habuerint in regno Francorum secundum stirpes regum ipsosque reges optime definiri potest¹⁾. Institutum feudorum ab antiquissimis temporibus in regno Francorum natum insignia sub Merouingis Francorum regibus habuit incrementa. Cum enim reges internis bellis discordiisque disceptarent, non solum de vassallis leudibusque sibi comprandis solliciti erant, sed indulgentiores etiam quam par erat, esse solebant, ut vassalli maximum pondus in vniuerso Francorum regno haberent²⁾. Quod itaque per vniuersam feudorum historiam intelligimus, vassallorum iura et auctoritatem crescere per bella et turbas, id his ipsis temporibus iam videmus.

Maiores domus, qui regnantibus adhuc pri-
mae stirpis regibus iam suminam tenebant potes-
statem, bellis feliciter gestis nouam liberalitatis
beneficiorumque materiam acquirentes, plures
vassallos constituerent, omnesque, quoad quidem
id fieri poterat, sibi deuincire studebant. Ita-
que beneficia in terris acquisitis dare solebant
praelertim finium tuendorum gratia³⁾ in primis

P 3 tamen,

tamen, ex quo ipsi solium occupauerant, vassallos augere, fidem sub prioribus regibus fere laxatam adstringere, feudorum institutum certis legibus definire et ad ciuitatem magis magisque accommodare coeperunt⁴⁾). Exegerunt a vassallis sacramentum tali formula, ut ob quamicunque perfidiam honore et beneficio priuari possent⁵⁾ in quam quidem rem Carolus M. animum in primis intendit. Hic enim cum fines regni ab omnibus partibus proferret, materiamque munificentiae acquireret, vtile et salutare existimauit reipublicae, augere vassallos beneficiariosue, vt plures praesto essent milites, tam ad inferendum quam ad propulsandum bellum⁶⁾). Multitudinem enim beneficiorum in omnibus fere Francorum ditionibus a Carolo M. repetendam puto. Cum autem princeps prudentissimus omnia ex utilitate ciuitatis metiri soleret; instituta feudorum ita moderatus est, ut maximum inde in rem publicam redundaret con modum. Coercuit enim potentissimos vassallos debitamque praestare obedientiam coegit, aut honore beneficioque priuavit. Itaque de successione proprio beneficiorum iure hac tempestate vassalli cogitare ausi non fuerunt, possessio tamen ad mortem usque fidelis durabat⁷⁾, nisi ex causa aliqua legitima citius honore beneficioque exueretur.

1) Historiam feudorum ex aevo Carolingico exposuit auctor libelli: *Versuch einer pragmatischen Geschichte der Leben aus den Zeiten vor der Errichtung der fränkischen Monarchie, bis zur Erlösung des Carolingischen Stammes in Deutschland von D. F. B. 1785. 8vo.*

2) GVN.

- 2) GVNTRAMNVS et CHILDEBERTVS transactione anno DLXXXVII. apud BALVZIVM T. I. p. 13. aiunt: similiter conueuit, ut secundum pactiones inter dominum Gunthramnum et bonae memoriae Sigibertum initas Leudes illi, qui domino Gunthramno post transitum Clotarii sacramenta primitus praebuerunt et si postea convincuntur se in parte alia tradidisse, de locis vbi comanere videntur, conuenit, ut debeant remoueri. Similiter et qui post transitum domini Clotarii conuincuntur Domini Sigeberto sacramenta primitus praebuisse et se in aliam partem transtulerunt, modo simili remoueantur, similiter quidquid antefati Reges ecclesias contulerint aut adhuc conferre cum iusticia, Deo propitiante, voluerint, aut fidelibus suis contulerint stabiliter conferuerint. Et quidquid uniuersique fidelium in viriusque regno per legem et iustitiam redhibetur nullum ei praeindicium paratur, sed liceat res debitas possidere arque recipere. CLO-
TARIUS II. an. DLXXXV. apud BALVZIVM T. I. p. 19.
c. 3. facit: quod si latro in triste inuenitur, medietatem compositionis tristis acquirat et capitale exigat a latrone. Edictum an DCXV. c. 17. ita: et quae unus de fidelibus ac leodibus suam fidem seruando domino legitimo, interregno faciente visus est perdidisse, generaliter absque aliquo incommodo de rebus sibi iusfe debitis praecepimus reuestiri.
- 3) ALTFRIDVS in vita S Leudgeri apud HERTIVM Opp. T. II. p. 344. de Carolo Martello refert: Wassenho beneficium in confiis Frisorum dedit.
- 4) Capitulare an. DCCLVII c. 6. ita: homo Francus accepit beneficium de seniore suo et duxit secum suum vasallum et postea fuit illi mortuus ipse senior et dimisit ibi ipsum vasallum et post hoc accepit alius homo ipsum beneficium.
- 5) Formula exstat apud BALVZIVM T. I. p. 243. Capitul. an. DCCLXXXVI/II. c. 2, in primis p. 377. LINDEN-
BROGIVM Cod. Legum Antiqu. p. 1236. GOLDA-
STVM Confl. Imp. Tom. vn. p. 16.
- Tassilo Dux Bauariae exemplo esse potest, de quo Annales Francorum ad annum DCCLVII. referunt; illuc et Tassilo venit Dux Bauuariorum cum primoris gentis suae et more Francico in manus Regis in-

vassati cum manibus suis semeiusum commendauit, fidelitatemque tam ipsi Regi Pipino, quam filii eius Carolo et Carolomanno iureirando super corpus S. Dionysii promisit et non solum ibi verum etiam super corpus S. Martini et S. Germani simili sacramento fident se praediis dominis suis diebus vitae suae seruaturum est pollicetus.

- 6) Ex multis et prope infinitis locis pauca decerpam. Capitul. an. DCCCVII. c. 1. sancitur: in primis quicunque beneficia habere videntur omnes in hostem veniant. Capitul. I. an. DCCCXII. volumus ut Comites et vassalli nostri, qui beneficia habent, et caballarii omnes generativer ad placitum nostrum veniant bene praeparati; Lib. III. Capitul. c. 70. legitur: quicunque absque licentia vel permissione Principis de hoste reveritus fuerit, quod factum Franci Herifchlitz dicunt, volumus ut antiqua constitutio id est capitalis sententia erga illum puniendum custodiatur, et c. 71. Quicunque ex his, qui beneficium Principis habent parem suum contra hostes communes in exercitu pergentem dimiserit et cum eo ire vel stare noluerit, honorem suum et beneficium perdat; Capitul. an. DCCCXIII. c. 20. Si quis negligens fuit, beneficium, quod habuit, auferatur ab eo, et detur ei qui in stabilitate et perpetuitate sua permanerit.
- 7) MONTESQVIEV Lib. XXXI. c. VII. et VIII. contendit iam sub primae stirpis Regibus beneficia iure hereditario fuisse obtenta, nexum autem feudalem regnante Carolo Martello per oblationes feudorum fuisse renovatum, atque ex his ipsis oblationibus beneficia Carolingorum repeti oportere. At eius argumenta mihi non fecere satis, ut adeo ne refellenda quidem putem.

§. 63.

Historia feudorum a morte Caroli M. usque ad interitum stirpis Carolingiae in Gallia.

Ludouicus Pius mortuo patre imperium quidem capessiuit, sed impar tanto oneri non dissipauit quidem regni beneficia¹⁾, nec tamen impedire

pedire potuit, quo minus maiora sibi acquire-rent vassalli iura. In diuisionibus regni id caue-ri solebat, vt vassalli diuersorum regnorum suos sequerentur Reges, ne confusio beneficiorum et officiorum discordias inter ipsos fratres exci-taret²).

Prima et antiquissima lex, qua successio in beneficiis Francorum constituta fuit, ex imperio Ludouici Pii supereft. Cum enim multi Hispani Saracenorum metu in Septimaniam prosugi feuda et terras a Comitibus aliisque primi ordinis vassis acceperant et postea a senioribus suis premiebantur; Ludouicus A. anno DCCCXVI. constituit, vt ne vassallis adimerentur beneficia, nec hi seniorem suum dimitterent, nisi ex determinatis et definitis cauſis³). Quanquam id Hispanorum profugorum ergo sanctum fuit, vt plures forte allicerentur, tamen id ad exemplum in aliis regni partibus tractum effecit, vt minores et secundi ordinis vassalli beneficia iure hereditario obtinerent. Carolus Caluus facultatem receden-di a nexu feudali indulſit vassallis⁴) quae Carolus simplex omnia sustinuit⁵) coque modo succeſſio beneficiorum ex ipſa legislatorum voluntate introducta fuit. Aequitas enim non ſolum ſuadebat, vt ne posteritati praedia a maioribus exulta eriperentur, ſed id ipsum etiam reipublicae utilitas flagitare videbatur. Reges enim tali pacto milites ſibi deuincire ordinumque poten-tiam iustis limitibus coercere, quid? quod in-fingere cupiebant, ſed ad breue tempus hoc con-

filium profuit. Seniores enim mox sibi suos vassallos conciliabant, ut his ipsis freti regibus essent terrori.

Ex illa lege caussam repetendam puto, quod ordines et seniores Franciae occidentalis eodem adhuc seculo successionem et plenam territorii potestatem acquisiuerunt. Mortuo enim Ludovico I. bellisque de successione inter filios exar-
fis, Reges vassallis suis adulari oportebat, factumque fuit, ut in omnibus Francorum regnis maximam sibi acquirerent potestatem, quae in Fran-
cia occidentali successione et proprio territorio-
rum iure adeo munita fuit. Paulatim id quidem processit, tandem tamen legibus publicis agni-
tum et firmatum fuit. Carolus enim Caluus,
qui ordines regni sibi suoque filio conciliare cu-
piebat, maiorum vassallorum beneficia cum ter-
ritoriis successione ad posteritatem deuolui con-
stituit⁶⁾ Franciamque fecit feudalem, sed im-
bellem, ut magis vassallorum potentia, quam Re-
gum auctoritate res publica sustineretur⁷⁾. Sed haec de Francia occidentali sufficiant, quam pla-
ne nunc ex historia legum Germanicarum dimi-
tendum puto. Videamus Franciam orientalem.

1) *Capitul. V. an. DCCCXVIII. c. 27.* praecepitur: *ut vassi nostri et vassi Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum et Comitum, qui anno praesente in hoste non fuerunt, heri- bannum reuadient, exceptis his, qui propter necessarias caussas et a domino et genitore nostro Carolo constitutas domi dimisi fuerunt, id est, qui a Comite propter pa- tem conseruandam et propter coniugem ac dominum eius custodiendam, et ab Episcopo vel Abbatissa similiter propter*

propter pacem conseruandam et propter fruges colligen-das et familiam constringendam et Missos recipiendos dimisi fuerunt; *Capitul. IV.* an. DCCCXVIII. cap. 3. ita: quicunque suum beneficium occasione proprii deser-tum habuerit et intra annum, postquam ei a Comite vel a Missone nostro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipsum beneficium amittat.

- 2) cf. *Charta diuisionis imperii* an. DCCCXVII. c. 9. apud BALVZIVM T. I. p. 576. an. DCCCXXXVII. c. 4-6. p. 686. CAROLVS M. tabulis an. DCCCVI. c. 9. ait: quapropter praeципiendum nobis videtur, ut post nostrum ab hac mortalitate discessum homines unicuiusque eorum accipient beneficia unusquisque in regno domini sui et non in alterius, ne forte per hoc, si aliter fuerit, scandalum aliquod accidere possit. Hereditatem autem suam habeat quisque illorum hominum absque contradictione in quocunque regno hoc eum legitime habere contigerit.
- 3) *Capitul. I.* an. DCCCXV. pro Hispanis datum apud GOLDASTVM Conf. Imp. T. II. p. 9. et BALVZIVM T. I. p. 552. cap. 6. sancit: nouerint tamen iidem Hispani sibi licentiam a nobis esse concessam, ut se in vassaticum Comitibus nostris more solito commendent. Et si beneficium aliquod quisquam eorum ab eo, cui se commendauit fuerit consecurus, sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere, quale nostri homines de simili beneficio seniorioribus suis exhibere solent. Alterum Praeceptum an. DCCCXVI. pro Hispanis datum apud BALVZIVM T. I. p. 572. ita constituit: si vero qui postea venerunt et se aut Comitibus aut vassis nostris aut Paribus suis commendauerunt et ab eis terras ad habitandum acceperunt, sub quali conuenientia atque conditione acceperunt, tali eas in futurum et ipse possideant et suaे posteritati dereliquant.
- 4) CAROLVS CALVVS Praecepto pro Hispanis dato an. DCCCXXXIII. apud BALVZIVM T. II. p. 27. c. 5. ait: et si aliquis ex ipsis hominibus — alium id est Comitis aut Vice Comitis aut Vicarii aut cuiuslibet hominis senioratum elegerit, liberam habeat licentiam abeundi, veruntamen ex his, quas possidet nihil habeat, nihilque secum ferat, sed omnia in dominium et potesta-

tem prioris senioris revertantur. Qua quidem lege derogatur Capitulari II. an. DCCCXIII. cap. 16.

- 5) ODO CLVGNIACENSIS de Carolo simplice refert: neque hoc patiebatur, ut quilibet senior beneficia a suo vassallo pro qualibet animi commotione posset auferre; Capitul. Lib. V. c. 366. ita: admonemus etiam Episcopos et Abbatibus, ut per praemia hominibus suis beneficia nec auferant nec donent, quia multae reclamations et querelae de hac causa ad nostras aures solent peruenire.
- 6) Capitularibus CAROLI CALVI Tit. VII. c. 20. haec leguntur: videtur nobis utile et necessarium, ut fideles et strenuos missos ex utroque ordine per singulos comitatus regni vestri mittatis, qui omnia diligenter imbrevient, quae tempore aut ac patris vestri vel in regio specialiter servitio, vel in vassallorum dominicorum beneficiis fuerint, et quid vel qualiter aut quantum exinde quisque modo retineat et secundum veritatem renuncietur vobis — ubi autem fraus inuenta fuerit, una cum consilio fidelium vestrorum hoc taliter corrigite, ut ratio atque utilitas seu iustitia non deserantur et dignitas vestrae magnificentiae ita vallis non fiat, sicut vos non decere recognoscitur, quoniam domestica domus vestra alter obsequiis domesticorum repleri non poterit, nisi habueritis, unde eis meritis respondere et indigentiae solatium ferre possidis. Quod quidem ipsorum ordinum testimonium docet, omnia in praedam cessisse Regum bona. At enim Capitul. an. DCCCLXXVII. cap. 9. successio filiorum in Comitatibus agnoscitur, sed deficiente herede legitimo regis arbitrium erat, cui comitatum dare vellet et pro hoc, inquit, nullus irascatur, si eundem Comitatum alteri, cui nobis placuerit, derimirus, quam illi, qui eum bacenus praeuidit atque expresse iubemus, ut tam Episcopi, quam Abbates et Comites seu etiam castri fideles nostri hominibus suis similiter conseruare studeant; cap. 10. Si aliquis ex fidibus nostris post obitum nostrum Dei et nostro amore compunctus seculo renunciare voluerit et filium vel talen propinquum habuerit, qui reipublicae professe valeat, suos honores prout melius valuerit, ei valeat placitare. Et si in alto de suo quiete vinere voluerit, nullus ei impedimentum aliquid facere praesumat, neque aliud aliquid

quid ab eo requiratur, nisi solummodo ut ad patriae defensionem perget.

7) cf. PETR. DE MARCA *Lib. III. Marc. Hisp. c. VIII.*
et IX. Lib. IX. c. XIX. MONTESQVIEV Lib. XXXI.
c. 26. seqq. Insignis est locus *Capitul. Caroli Calvi Tit. XIX. c. 10.* ex quo iudicium Parium, cui ipse Rex subiectus erat, cognoscitur.

§. 64.

De progressu feudorum in Germania usque ad interitum stirpis Carolinae.

Instituta feudorum in Germania nata atque inde in alias terras propagata, id quod de Wisigothis alio loco clarissime demonstrauimus¹⁾ patriam suam plane non deseruerunt, vestigia in singulis populis apparent, periculum faciam an aliquanto distinctius haec dici queant. Paucorum populorum rationem habebo.

Saxones vna cum Francis fortissimi fuerunt, mihiique argumentari posse videor, eundem in modum, vti apud Francos aliosque populos, ita apud Saxones nexus reperiri clientelarem. Pauca quidem sunt huius rei monumenta, quod rerum Saxoniarum peritis mirum non videbitur, sunt tamen quaedam, ex quibus, quae ante diximus, patent. Nobiles atque Dynastae alios liberos homines in tutelam recipiunt, clientes hī dominis suis singulari fide adstringuntur, delicta in dominum eiusque familiam commissa duriore et plerumque capitali poena coercentur²⁾, quae nisi ex singulari fidelitatis nexu deduxeris, caussam haud facile reddideris, feudorum tamen beneficiorum-

ciorumue nullam reperio mentionem. Haec enim regnantibus per Saxoniam Francis propagata fuerunt.

Alemannorum eadem est ratio. Scriptores enim legesque nexus clientelaris quidem meminerunt, iuris tamen publici partem non constituit, atque etiam in his regionibus Franci beneficia, si non introduxisse, certe auxisse videntur³).

Bauari eundem in modum iudicari debent, apud hos autem tam Francorum Reges, quam Duces, in primis Tassilo, auxerunt beneficia⁴).

Itaque feudorum instituta, quatenus vinculum ipsius ciuitatis constituunt, a Francis repetenda sunt, qui formulam iuris publici et feudalis Germaniae intulerunt. Rectores enim provincialium constituere, sacramento fidei adstringere et beneficia in his ipsis prouinciis fundare atque augere solebant.

Primi regni Germanici vassalli atque ordines ex pacto Verodunensi soli regi Franciae orientalis addicti erant, acquisuerunt quidem in istis filiorum Ludouici Pii dissidiis bellisque magnam auctoritatem, nec tamen successionem in territoriis obtinuerunt⁵). Ditissimus fere Dynasta ex populo territoriali Dux aut Comes creabatur, qui praeter allodia saepe late patentia subditosque suos, territorio tanquam magistratus praecerat, eiusque rei ergo beneficiis quibusdam fruebatur. Itaque nondum coaluerant magistratus et beneficia, sed haec modo augebantur, modo minuebantur,

bantur, prout utilitas aut necessitas suadere videbatur. Mortuo duce, comite alioue magistratu, munus cum beneficiis redibat ad regem, qui pro arbitrio id ipsum cuicunque concedere poterat, nec tamen facile ex more Germanorum aliisque caussis filii defuncti magistratus praeteriri solebant, atque intra hos fines res Germanorum stetit Carolidis per Germaniam regnantibus.

Ipsi Duces, Comites, Episcopi, Abbates atque Potentes domesticos alere solebant vassallos, praeter eos, qui in territorio beneficiis Regum fruebantur, illi ad allodium curtemque pertinebant, hi regni erant vassalli, omnes tamen Principi suberant, neque in hoc genere disciplinam Francorum feudalem in Germania innouatam fuisse reperio.

- 1) Apud ZEPERNICK V. CL. in opere: *Sammlung auserlesener Abhandlungen zum Lehnrecht T. IV.*
- 2) LEX SAX. Tit. XVII. c. 1. liberum hominem, qui sub tutela Nobilis est, memorat; Tit. III. c. 3. cauetur: quē filium aut uxorem aut matrem stupraverit iuxta voluntatem domini occidetur. Poena raptus ex Lege Saxonica Tit. VI. c. 2. et 3. Tit. X. capitalis non est; sed Capitul. de partibus Sax. c. II. statuitur: si quis filiam domini sui rapuerit, morte moriatur.
- 3) AMMIANVS MARCELLINVS Lib. XVI. c. 12. de Rege Alemannorum ait: quibus viis compulsus ad ultimos metus, ultro se dedit solus egressus, comitesque eius numero ducenti et tres amici iunctissimi flagitiū arbitrati post regem vivere, pro rege non mori; si tulerit casus, tradidere se vincendos. LEX ALEMAN. Tit. XXXVI. c. 5. vassorum Ducis et Comitis mentionem facit.
- 4) LEX BAVAR. Tit. II. c. 15. §. 1. vassorum Regis et Ducis meminit, atque inde Tit. II. c. 7. expliōandum puto.

Annales



Annales Franc. ad annum DCCCLXXXVIII. aiunt: generali populi sui Rex fieri decrevit conuentum ac Tassilonem, sicut et cacteros vassos suos, in eodem adesse iussit.

- 5) De potentia ordinum supra diximus, *Articuli conuentu II. apud Marsiam DCCCLII. facti luculentissimum prae-*
bent argumentum; Comes apud MEICHELBECK Hist.
Frising. T. I. P. II. ait: si autem aliquis de filiis meis
dignus fuerit, ut ad ministerium Comitis perueneteret;
et LVDOVICVS Rex Codice Laurishermenensis Abbatiae
Dipl. p. 82. num. 43. fideli suo donat, quidquid batte-
nus in beneficio habuit.
- 6) CAROLVS M. in Recesu Diuisionis DCCCVI. apud BA-
LVZIVM T. I. p. 44. c. 2. ait: Boioariam sicut Tas-
silo tenuit, excepto duabus villis, quarum nomina sunt
Ingoldastadt et Lutralabof, quas nos quondam Tassaf-
oni beneficiarimus. Ab his beneficis dignitas ducatus
distinguitur Leg. Baiuu. Tit. II. c. 4. Patrimonium cum
magistratu et beneficii nemo facile confundet.

§. 65.

De progressu feudorum in regno Italico Longo-
bardis et Francis regnabibus usque ad
Ottонem I.

Inclaruit Longobardorum populus legibus
 institutisque feudorum, itaque de his etiam di-
 cendum. Longobardi, gens Teutonica, in iis
 gentibus ponendi, qui regnabantur, ideoque
 omnino nexus clientelare in sinu suo fuisse,
 nec tamen ciuitatis salutem in eo posuisse vi-
 dentur. Rex vassallos tutelae caussa aluit, sed
 totus populus ex ipsa regni formula, erat exerci-
 tus quoque regi, absque singulari fidelitatis nexu,
 addictus. Quare hic populus feudorum instituta
 in Italiam quidem intulit, quae enim de He-
 rulis et Ostrogothis dici possunt, tanti non sunt,

vt

vt taceam a Iustiniano , post recuperatam Italiā,
harum rerum vestigia fuisse deleta, ad ipsam re-
gni formulam tamen statim ab initio non accom-
modauit ^{1).}

Duces et Optimates populi , qui in Italia ma-
ximam consecuti fuerant potestatem, vassallos
sibi quidem constituerunt , nec tamen magnum
eorum in ipsa ciuitate fuit momentum. Quam-
obrem si rem in vniuersum existimaueris, eadem
feudorum apud Longobardos, atque reliquas
Germanorum gentes , fuit ratio, donec Franci,
occupato Longobardorum regno, etiam hic ma-
ximam ciuitatis partem in nexu clientelari fun-
darunt.

Primum enim Carolus eiusque successores
populorum rectores constituerunt singulari fide
ad strictos, quibus iure magistratum territoria
regenda committerent, beneficiisque similexor-
narent, deinde alios sibi constituerunt vassos va-
sallosque, quibus beneficia militiae ergo distri-
buerent ^{2).} Itaque Duces, Comites, Episcopos,
Abbes aliasque reipublicae et ecclesiae mini-
stros a vassallis distingui cernimus, quanquam illi
ipsi magistratus ob singularem fidem et benefi-
cia, vocabulo latius accepto, in numero vasso-
rum habentur ^{3).} Illi ipso autem proceres ex suis
et ecclesiarum bonis vassallos constituere sole-
bant, quos secum aut ducerent aut mitterent in
bellum, vt etiam hic communis feudorum for-
mula cerneretur ^{4).} Omnes hi vassalli frueban-
tur beneficiis suis , absque omni successione,

Q

quan-

quanquam etiam in Italia filii a beneficiis patris
haud facile excludebantur.

Extinctis per Italiam Carolingis, regnum Longobardicum bellis internis agitatum fuit, et nunc principum intererat plures habere vassallos. Quam obrem numerus vassallorum beneficiorumque hac tempestate omnino auctus fuit ⁵⁾, nec dubitandum est, quin maiorem sibi in dies arrogaverint potestatem vassalli, quanquam non reperimus territoria beneficiaque in praedam cessisse.

3) Leges Longobardicae beneficiorum non meminerunt, sed PAVLVS DIACONVS Lib. III. c. 16. memoriae prodidit: *huius (Autharis) in diebus ob restauracionem regni Dnecis, qui tunc erant, omnem substantiarum suarum medietatem regalibus usibus tribuant, ut esse possit, unde rex ipse, siue qui ei adhaerent eiusdem obsequiis per diuersa officia dediti alerentur.* Evidem non dubito partem horum bonorum in feidis fuisse distribuam, initia tamen feudorum inde non repetierim. Res enim iam tum nota fuerit, oportet. Memorabilis est in hoc genere *charta apud VGHELLI Ital. saer. T. V. p. 173. et 174* de cuius tamen authenticā quidam dubitant. PIPPINVS Italiae Rex in *Legibus suis*. c. 23. ait: *Longobardi licentiam habeant se commendandi ubi voluerint, sicut antea in tempore Longobardorum consuetudo fuit.* Add. *Excerpta Legis Longobardicae apud BALVZIVM T. I. p. 350.*

2) Ex pluribus locis, quibus vassallorum in Italia mentio fit, pauca excerpam. PIPPINVS REX apud GEORGISCH p. 181. cap. 16. seniores et vassallos memorat, c. 47. Statuit: *stetit nobis de illis hominibus, qui hic infra Italiā eorum seniores dimittunt, ut nullus eos recipere debeat in vassalicum sine commatu senioris sui antequam sciat veraciter pro qua causa ipse seniorem suum dimisit.* Et ille homo, qui eum recipere voluerit et ipsum secum habuerit debeat eum in nostra praesentia prae-

praesentare, sicut supra diximus, et qui hoc facere contemserit et ita non compleuerit exinde bannum nostrum ad partem nostram componat.

- 3) *Tabulis anni DCCCXXXVI. Ital. sacr. T. IV. p. 96.*
Lotharius I. Abbatem Bobiensem cum Comitatu Bobiensi inuestit ita: *ipsum comitatum Bobiensem cum omni suo honore et potestate, cum castris, villis, terris, locis et rationibus vniuersis, quae dici vel nominari possunt, et quae nostri iuris ibi esse videntur, una cum mero et mixto imperio per hanc nostrae auctoritatis conscriptio- neme concedimus et confirmamus et de praedictis omnibus iure honorabilis feudi Abbatem et Comitem per nostrum annulum inuestimus.* Hae tabulæ omnino memorabiles et forte antiquissimæ sunt, quibus potestas secularis tam illimitata cum ipsa Abbatia conceditur.
- 4) *Constitutio LVDOVICI II. IMP. an. DCCCLXVII. apud BALVIZUM. T. II. p. 360.* ita: *si Comes aliquem excusatum aut vassallum suum, praeter quod superius diximus, dimisit; honorem suum perdat. Quod si Co- mes aut Bassi nostri aliqua infirmitate remanserint aut aliquem excusatum retinuerint, aut Abbatem vel Abba- tiliae, si plenissime homines suis non direxerint, ipse suos honores perdant et eorum vassalli et proprium et beneficium perdant.* Tabulis an. DCCCLXXV. Ital. Sacr. T. X. p. 405. Ludovicus II. monasterio tradidit: *castella et res infra scriptas cum possessionibus et iuribus, vassallorum redditibus, requisitionibus ec.*
- 5) *Charta an. DCCCX. apud MVRATORIVM T. I. Antiqua.* Ital. p. 125. personae haec in iudicio referuntur: *ipse Princeps (Berengarius I.) cum suis Gasindis et Iudi- cibus caeterisque suis fidelibus aderat, quorum nomina haec sunt — Vassi domini Regis, Ratfedus Nota- riis S. Palatii, Iohannes — vasalli praedicti Praefulsi et reliqui multi.*

Cum saepius Arimannorum mentio sit in legibus et tabulis Italiae, notandum est, Arimannos in numero vasallorum non esse ponendos. *De Arimannia ex antiquitatibus Italiae dixit 10. LVD. KLÜBER Erl. 1785. 450.*

§. 66.

De legibus feudalibus et institutis feudorum.

Legibus itaque vassallorum iura definiri oportuit. Cum enim institutum feudale adoleuisset vixque in ciuitatem eiusque salutem habere inciperet, legislatorum sollicitudinem desiderabat. At enim leges feudales, quibus beneficiorum iura officiaque vassallorum definiuntur, propriam legum classem acuo Carolino non constituant, ideoque propriam legum feudalium historiam scribere non licet. Ius ferendi leges feudales ad Regem et Imperatorem pariter atque ad ordines et vassallos spectabat, eademque feudalium atque aliarum legum erat latio. Ex quo autem vassalli maiorem potestatem acquisuerant, naturam pactorum saepius hae ipsae leges acceperunt¹⁾, eaque ratio per medium aevum in primis valuit.

Iura feudorum quae inter vassallos secundi ordinis obtinent, ex ipsis legibus auctoritate publica constitutis manant. Vassalli etenim et flatus feudalis ciuitati et legum ferendarum potestati subiecti sunt, indeque communia feudorum iura oriuntur, sed propria inter seniorem et vassallos iura pactis conuentis definiri solent. Itaque duplex iuris feudalnis fons est, leges et pacta, ex quibus omnia feudorum iura ab antiquissimis temporibus ad nostram usque memoriam manarunt. Medio aeuo decreta iudiciorum feudalium maximi momenti fuerunt, his autem temporibus nullam eorum reperimentionem.

Instit-

Institutum feudorum, cuius origines et progressus hactenus vidimus, magis detimento fuit regno et regibus Francorum, quam emolumento cum tamen fidelissimos efficere potuisset ac debuisse ministerios militesque. Ratio eius rei mihi in ipsa re pariter atque in Regum imbecillitate quaerenda videatur. Vassalli enim territoria et praedia possidebant, apud populum et subditos gratia, apud Principem potentia valebant, ideoque facile fieri poterat, ut ipso maiestati detraherent occasionem autem bello exerto fere nancisci et apprehendere solebant. Id tamen viilitatis medio aeuo ciuitatibus attulit vineulum feudale, ut ne compages rerum publicarum plane dissolueretur^{2).}.

1) Vnum exemplum addam. Conuentu II. ad Marsnam c. 8. statuitur: si aliquis de Senioribus de hac conuenientia exierit aut se retraxerit vel huic communi decreto, quod abfis, contradixerit, cum plures seniorum nostrorum feides et regnorum primores in vnum conuenerint, eorum qui haec obseruauerint seniorum consilio et Episcoporum iudicio ac communi consensu qualiter de eo, qui debite admonitus incorrigibilis persuauerit ogendum sit faciente domino decernimus. Hoc esse iudicium feudale facilis intelligitur, ipsum autem Regem huic iudicio subiectum fuisse, ex aliis locis cognoscitur.

2) cf. MONTESQUIEU *Esprit des loix* T. IV. lib XXX c. I. MARCHAND *Système nouveaux sur l' origine des Fiefs pour servir à la connoissance de l' histoire et à l' intelligence des coutumes à Chartres* 1776. 8vo. IGNAG SCHMIDT *Geschichte der Deutschen*, I. B. p. 185. STEPH. PÜTTER *historische Entwicklung der deutschen Staatsverfassung* I. B. p. 85. seq.

§. 67.

Delibata quaedam iuris clientelaris ex aeuo Ca-
rolingico capita.

Videamus quae fuerint aeuo Carolino vassorum beneficiorumque iura, nec tamen omnem complectar feudorum disciplinam, sed pauca decerpam capita. Primum quidem vassalli duplicitis generis erant, aut Regum aut ordinum¹). Regum vassi et vassalli omnes ii erant, qui Regi fidem promiscrant munusque in aula, ciuitate atque ecclesia administrandum suscepserant. Duas horum vassallorum classes reperimus, in vna ii collocandi sunt, qui maiores magistratus in aula, ciuitate atque ecclesia gerunt primumque locum post Regem tenent et soli Regi pace belloque subsunt; altera autem classis milites complectitur, qui sine magistratu aliquo fidem pollicentur, militiamque praefstant aut in palatio seruiunt, pace belloque autem magistratibus subsunt²).

Alterum vassallorum genus est, qui Ducum, Comitum, Marchionum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum et Potentum clientelae se addixerunt. Ex moribus enim maiorum nobilis et primi ciues, vassallos alere solebant, quod quidem ius etiam sub Carolingis illibatum manfit, ita tamen temperatum, ut in utilitatem regni hi ipsi vassalli simul adesse tenerentur³).

Beneficia vassallis salarii stipendiisque loco data fuisse, tralatitium est, aeuo autem Carolino vassalli in aula militantes carebant fere beneficiis, frueban-

fruebantur epulis, vestitu aliisque apud dominum commodis, ut nemini vassallos sine beneficio deprehendere mirum videri possit. Qui autem extra palatium in ciuitate ecclesiae militabant, fruebantur beneficiis, atque mos erat ut vassalli ex palatio munera in ciuitate et ecclesia cum beneficiis obtinerent, ideoque haec saepe in compensationem seruitiorum iam circa regem praefitorum darentur⁴). Per palatum ibatur in ciuitatem et ecclesiam. Quamobrem omnis fere regni nobilitas apud Principes versari seque commendare solebant⁵). Inde palatii interdictio erat propria nobilium poena, qua quis ab omni spe munierum publicorum excludebatur.

Beneficia erant praedia in usum et fructum pro seruitiis iam praefitis et praefundis data, proprietas penes Regem et ciuitatem, possessio et fructus penes vassallos erat⁶) ideoque Princeps designationem beneficiorum suorum publicam habere solebat, Missorumque erat curare, ut ne in proprietatem redigerentur aut deteriorarentur⁷). Vassallorum iura in beneficiis secundum tempora distingui oportere, vel ex his, quae hactenus exposuimus iam patet, indeque facile definiri poterit quaestio, an beneficia Francorum sint feuda? quod equidem aiendum puto, modo ne ex hodiernis feudorum rationibus metiaris⁸).

A beneficiis sollicite distingui solent proprietates, ad quod genus etiam terras Salicas et Germanorum sortes retulerim, quae a terris Romanis in plerisque Germanorum regnis legibusque se-

Q. 4

cernunt-

cernuntur ²⁾) omnia haec praedia in pleno erant dominio, diuersis autem iuribus existimabantur, quae tamen exponere meum non est. Sed haec de feudis eorumque originibus, legibus, iuribusque sufficienti, historiam legis Romanae in regnis Germanorum persequar.

- 1) *Capitul. an DCCCVII ita: volumus, ut Comites et vassalli nostri, qui beneficia babere videntur ec. Capitul. I. an. DCCCIIX. 13 vassalli Comitum membrorantur; Capitul. II. an. DCCCLII. c. 10. constituitur: ut neque Episcopi, neque Abbates, neque Abbatissae vel quilibet rector ecclesiae bruniam vel gladios sine nostro permisso euilibet homini extraneo aut dare aut venundare prae sumat, nisi tantum vassallis suis; Capitulare V. anni DCCXIX. c. 27. ut vassili nostri et vassili Episcoporum Abbarum, Abbatissarum et Comitum —*
- 2) *AIMOINVS Lib. V. ait: ordinauit per totam Aquitaniam Comites Abbatesque, nec non alias plurimos, quos Vassos vulgo vocant, ex gente Francorum et illis commisit curam regni; CAROLVS M. Capitul. an. DCCCVI. c. 19. ait: Omnes Episcopi, Abbates, Abbatissae, Optimates et Comites seu Domestici et cuncti fideles qui beneficia regalia tam de rebus ecclesiasticis, quam et de reliquis babere videntur; Capitul. Lib. II. c. 24. vassii quoque nostri et vassalli nobis famulantes,*
- 3) *Capitul. DCCCI. c. 9. statuitur: de iuramento, ut nulli alteri per saeramentum fidelitas promittatur nisi nobis et unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem et sui senioris. Add. Capitul. II. an. DCCCXII. c. 7. Capitul. Caroli Calvi apud Baluzium T. II p. 196. Ludoici II. Tit. IV. c. 4. Formulam indictionis bellicae an. DCCCI. exhibent Monumenta Boica Vol. XI. p. 100, vbi haec: Carolus — Fulrado Abatti. Notum fit tibi, quia placitum nostrum generale anno praesenti conditum habemus infra Saxoniam in orientali parte, super flumen Rota; in loco, qui dicitur Starasfurth. Quapropter praeceperimus tibi, ut pleniter cum hominibus tuis bene armatis ac preparatis ad perditum venire debas*

beas XII. Kal. Iulii, quod est septem diebus ante missum S. Iohannis Baptiste. Ita vero praeparatus cum hominibus tuis ad praedictum locum venies, ut in quamcumque partem nostra fuit iussio et exercitataliter ire possis, id est cum armis atque vespibus, nec non et cetero instrumento bellico, in virtualibus est vestimentis, ut unusquisque caballarius habeat scutum et lanceam et spatas et semispatas, arcum et pharetras cum sagittis et in carris uestris uestifilia diversi generis id est amictia et dolaturia, tarratros, assias, foliorios, palas ferreas et caetera uestifilia, quae in hostem sunt necessaria, uestifilia vero carris de illo platio in futurum ad tres menses, arma et vestimenta ad dimidium annum, et hoc omnino praecepimus, ut obseruare faciatis ec.

- 4) Coniuiae Regis, quorum meminit Lex Salica, inter preti sunt Leudes, et in Vita S. Agili referente HER TIO Notit. Regn. Franc. cap. III. p. 29. Childeberti Regis consiliarius et coniuua memoratur; Lib IV. Capitul. c. 4. ita: de vassis, qui ad marcham nostram confituti sunt custodiendam aut in longinquis regionibus sua habent beneficia vel res proprias, vel etiam nobis assidue in palatio nostro seruunt et ideo non possunt assidua euadire placita ec. CAROLVS CALVVS Capitul. Tit. XXXVI. cap. 4 ait: vassalli nobis et coniugi nostrac fa mulantes. cf. MVRATORIVS T. I. antiqu. p. 130 et 131. Capitul. Lib. V. c. 377. ita: volumus illi beneficia dare, qui nobis bene seruerit.
- 5) Formulam exhibet MARCVLEVS Lib. I. c. 18. quam BIGNONIVS apud BALVZIVM T. II. p. 898. illustrat. Rem illustrat Comes de Buat in Opere: Origines ec. T. I. Lib. II. cap. 3. et 4.
- 6) cf. BALVZIVS T. I. p. 264. vbi: iure beneficiario et usu fructuario interim teneat, donec aut nos illi commu nemus aut ipse mortuus fuerit. MARCVLEVS Lib. II. c. 39. D' ACHERY Spicil. Eccl. T. III. p. 363.
- 7) Capitul. an. DCCCXIII. c. 4 praecipitur: ut hi qui be neficium nostrum habent bene illud immeliorare in omni re studeant; an. DCCCI. c. 3. qui beneficium domini Imperatoris et ecclesiistarum Dei habet, nihil exinde du cat in suam hereditatem, ut ipsum beneficium destruatur; an. DCCCVI. c. 7. auditum habemus qualiter et

comites et alii homines, qui nostra beneficia habere videntur, comparant sibi proprietates de ipso nostro beneficio et faciunt seruire ad ipsas proprietates seruientes nostras de eorum beneficio et curres nostrae remanent defertae, cap. 8. audiimus, quod alibi reddant beneficium nostrum ad alios homines in proprietatem et in ipso placito comparant ipsas res sibi iherum in alio loco, quod omnino caendum est, quia qui hoc faciunt non bene custodiunt fidem, quam nobis promissum habent. Plura alia loca lubens praeterero.

- 8) Beneficia a feudis differre contendit MVRATORIVS in diff. de alio*dis*, vassis, vassallis, beneficiis ec. T. I. Antiqu. Ital. num. XI. p. 345. seqq. quam repetit LENICHEN Thes. Iur. Feud. T. III. p. 241. Eadem sententiae accedit BOEHMERVS V. CL. Obseru. Iur. Feud. cap. II. et III. Praeter alios ab hac sententia recedunt MADHN apud ZEPERNICK V. CL. selektorum Opus. ad ius feudale pertinentium T. II. p. 19. AVCTOR Historiae Feudorum pragmaticae ex aeo Carolino 1785. 8vo.) PÜTTMANNVS V. CL. Obf. Iur. Feud. cap. I.

COMES BVATIVS L. c. Lib. IV. p. 129. seqq. de vassallis et feudis quidem tractat atque feuda a beneficiis differre statuit, sed incidit in hanc sententiam, quia feudorum rationes et origines a fundis Romanorum limitaneis et limitrophis repetit.

- 9) Terrarum Salicarum et Romanarum saepe meminit Lex Salica, vtriusque generis diuersa fuerunt jura, neutrum tamen beneficiis feudisque accenseri debet. Add. Lex Sal. Tit. XXXIII. c. 2 et 15. Tit. LXII. c. 6. Lex Ripuaria Tit. LVI. c. 4. Capitulare Dagoberti apud BALVZIVM T. I. c. 20.

An terrae Salicæ et Romanæ ex pristina agrorum divisione repetendae sint, quæsitum memini. MONTESQVIEB Lib. XXX. c. 7. et 8. id negat, quem sequitur BÖVQVET in iure publico Franciae p. 4 seqq. qui tamen sententiam hanc retractauit terras Salicas ex antiqua divisione repetens p. 449. seqq. MARCHAND c. II. p. 31. ad eandem sententiam accedit, quam ipse etiam veram puto.

LIBER



LIBER III.

HISTORIA
IVRIS ROMANI
IN CIVITATIBVS GERMANORVM SEV
DE LEGE ROMANA.

CAPVT I.

DE STATV ET CONDITIONE LEGVM
ROMANARVM IN SVBACTIS
PROVINCIIS VNIVERSIM.

§. 68.

*De usu iuris Romani in regnis Germanorum
differitur.*

Iura Romana magnam vim et potestatem in effingendis efformandisque iuribus patriis habuisse, saepius monuimus, ipsum ius Romanum mox a religione christiana in ciuitatibus Germanorum introducta vsum obtinuit, non eum quidem, quem hodie habet, sed certis limitibus circumscriptum. Primum quidem Romani in partibus Germaniae viuentes lege Romana vni fuere, id quod in hodierna adeo Germania ultra Danubium, cis et ultra Rhenum obtinuit; deinde principium in ecclesia catholica mox a primis eius initii fuit, vt et ecclesia et clerici lege Romana viueret¹⁾), ideoque clerici codicem legum Romanarum cum bibliis sacris, aut si maiis, cum op*-*

opinionibus quibusdam religionem christianam crepantibus, clericorum autem et hierarchiae venerationem et fundamenta continentibus, propagabant, vt adeo iam antiquissimis temporibus ius Romanum in ciuitates Germanas irreperet, quamquam plenissimum usum demum medio aevo obtinuit totamque occupauit paulatim ciuitatem²⁾.

Itaque a nostro libello haud alienum existimo breui historiam legum Romanarum in ciuitibus Germanorum complecti. Quanquam enim scriptores qui iuris Romani historiam tradunt, eius fata in ciuitatibus Germanorum simul persequuntur, tamen id summatione tantum et sparsim fieri solet, vt magis ad illustrandam iuris Romani historiam in imperio Romano, quam ad fata eius et progressus in ciuitatibus Germanorum cognoscendos respicere videantur. Nostra tamen id ipsum scire ex multis caussis interest, vt taceam Germanis nos acceptum ferre oportere, quod fragmenta iuris Romani extra corpus iuris superstitia habemus, quibus et ad vniuersam historiam illustrandam et ad ius Romanum explicandum felicissime utimur. Quod quidem ex vniuersa huius rei historia mox intelligetur.

2) Hoc principium in Italia obtinuisse, nulla plane est dubitatio, sed idem etiam cis Alpes clerum fuisse fecutum ex multis locis patet ADREVALDVS Floriacensis Lib. I. de Mirac. S. Bened. c. 35. ait: sed cum legem in eo placito finire nequivent, eo quod Salicæ Legis judices, ecclesiasticos res sub Romana constitutas lege discernere perfecte non possent, visum est missis dominicis placitum Aurelianis mutare. IVO Carnotensis ait: dicunt enim instituta

instituta legum nonellarum, quas commendat et fennat Romana ecclesia ec. Add. ALTESERRA Rer. Aquit. Lib. III. c. XII. Ali quanto difficultior est quaestio ex quo codice clericorum iura sua depromiserint, ex Theodosiano, Alariciano, an Iustinianeo? Ante Iustinianum legibus Theodosianis vsam suisse ecclesiam, nihil dubitationis habet, sed post iura Iustiniana in Italia et Romae promulgata, Lex Romana significat ius Iustinianum, quippe hoc in Italia ab eo tempore obtinui ideoque Pontifices hoc iure vii solent. Citra Alpes tamen inque iis terris, in quibus Ius Iustinianum promulgatum non fuit, praevaluit Codex Theodosianus, quo IVO aliisque vii fuerunt, quanquam doctiores Episcopi et Clerici omnino etiam in iure Iustinianeo operam collocabant: Hincmarus subinde meminit legis Iustinianae, Gratianus, qui promiseo omnia corrasit, ex Iuone aliisque, interdum iuris Theodosiani sanctiones immiscerunt, ex quo tamen perperam concluditur in Italia aut Theodosianum aut Alaricianum obtinuisse codicem. Quae Gratianus ex iure Romano operi suo inseruit, BERARDVS de Canonicis Gratiani genuinis P. III. c. 25. p. 370. in unum locum congessest, et Ius Romanum, in fontibus iuris Canonici esse ponendum recte monuit GLÜCK V. CL. in Praecognitis iuris prudentiae eccles. p. 448. l. 179.

- 2) Quid causae fuerit, cur clerici et Romana lege viuerent et iuris Romani usum propagarent, haud difficile dictu est. Clericorum patria aut erat olim aut credebatur Italia, quid? quod ipsa Roma. Lex autem Germanorum fuit, ut quilibet lege nativa viueret, ideoque ex hac ipsa causa definitum fuit, ut clerici iure Romano existimarentur. Atque inde per occidentem propagata ecclesia, Romana et latina dicta etiam suisse videtur. Dein clerici hoc ius sibi fere stipulati sunt, valuitque ex propriis sedis Romanae rationibus, de quibus M. LVPVS. c. 1. differuit. Curae cordique ideo etiam clericis fuere iura Romana, quia priuilegia per quam multa his ipsis legibus toti clericorum ordini, ecclesiis et monasteriis data fuerunt. L. vn. Cod. Theod. de bonis clericorum et monachorum; ius fisca in bona clericorum et monachorum vacantia, — sacro sanctae Ecclesiae vel Monasterio — concessit. Aliā priuilegia non allegabo, sed id monendum clericos a primis religionis christianaē fere initis maximi

maximi habuisse ius Romanum, quod plura patrum ecclesiasticorum loca docent, quae excerpere non iuvat. Vide sis ALTESERRAM *Rer. Aquit. Lib. III. c. V.*

Cum religione christiana in Angliam etiam translatum fuit ius Romanum, *BEDA Hist. Engl. Lib. II c. 5.* de Edilberto R qui primus inter Reges Anglorum christianam professus est fidem, memoriae prodidit: *inter caetera bona, quae genti sua confulendo conferebat etiam decreta illi iudiciorum iuxta exempla Romanorum cum consilio sapientium constituit, quae conscripta Anglorum sermone batenus habentur et obseruantur ab ea.*

§. 69.

De statu iuris Romani in imperio occidentali Germanis regna noua ibidem fundantibus.

Initium mihi ab eo tempore faciendum videtur, quo Germani castra iam versus imperium Romanum mouerant, id ipsum tamen plene nondum occupauerant, id est, a seculo quinto. Ineunte enim hoc seculo Visigothi in Hispania, Franci in Gallia, Burgundiones ad Rhodanum regna fundarunt, in quibus iuris Romani usus remansit; in Italia post Wisigothos Heruli quidem regnarunt, ipsorum tamen regnum stabile et perpetuum non fuit, eversum quippe a Theodorico Ostrogothorum rege, qui nouum regnum condidit late patens quidem a Iustiniano tamen deletum seculo sexto. At enim diuturnum non fuit hoc gaudium Romanis; castra enim an. DCLXVIII. ex Pannonia mouerunt, rege Alboino, Longobardi, Italiam occuparunt, regnum considerunt, magna tamen Italiae parte Imperatoribus Byzantinia relicta, quam Provinciam Exarchatus nomine dulin.

distinctam Praefides et Patricii ex Oriente missi regebant, nec vñquam Roma et ducatus Romanus in praedam cœsit Longobardorum populo regnoque.

His autem temporibus, quibus Germani ci-vitates suas in solo Romano fundarunt, leges Ro-manae eae valebant, quas Valentinianus III. et Theodosius II. condiderant. Me quidem non fugit et Francos Galliam et Wisigothos Prouinciam Hispaniamque ante iam inteditisse, quam nouam istam legum emendationem lationemque instituit Valentinianus et Theodosius A. A. sed regna ista nondum propagata erant, in Gallia enim et Hispania magna pars imperii supererat Romanis, vt adeo ista legum emendatio et latio per Italiam, Hispaniam, Galliamque promulgaretur. Germani igitur praeter pristinas Romanorum leges, ea in primis in tubactis Romanorum pro-vinciis inuenerunt iura, quae Valentinianus III. et Theodosius II. A. A. promulgauerunt. Sed breui de his ipsis dicendum. Sunt enim in vniuersa et in primis nostra iuriis historia notata dignissima.

§. 70.

De Valentiniani III. et Theodosii II. A. A. emen-datione legum Romanarum.

Post edictum perpetuum auctoritate Hadriani conditum duobus iurium generibus regebatur imperium Romanuni, vnum quidem constituti-onibus Principum, alterum edicto perpetuo et prudentum interpretationibus continebatur. Lex quidem

quidem duodecim tabularum, Leges Iulia et Poppaea, aliaeque nec non Senatus consulta aderant, in que disceptationibus caussarum adhibebantur, maxima tamen iuris pars aut constitutionibus Principum aut prudentum interpretationibus constabat. Post Alexandrum Seuerum et Modestinum, qui ultimus inter iureconsultos inclinavit, ingruere coepit infelix legum ignorantia, et tanta inde iurium confusio orta est, ut omnis iustitiae administratio ab arbitrio ius dicentium et aduocatis partium penderet. In forum enim praeter ingentem constitutionum Caesarearum vim, irruperant veterum Iure consultorum scripta, quae instar legum in disceptationibus caussarum allegabantur; sed tanta erat opinionum multitudo et infinita disputationum farrago, ut ne optimus quidem et sapientissimus iudex emergere posset¹). Cui quidem malo, ut medelam afferret Valentinianus III. celeberrimam illam de auctoritate prudentum legem anno CCCCXXVI. promulgauit, qua scriptis quinque iureconsultorum celeberrimorum vim et auctoritatem legum tribuit, vetuitque reliqua iureconsultorum opera in disceptationibus caussarum allegare, nisi forte in illis ipsis iureconsultorum scriptis sint comprehensa²). Meum hoc loco est rem narrare, num ex prudenti legum ferendarum ratione processerit, non iudico.

Exemplo Valentiniani III. excitatus Theodosius A constitutionum Caesarearum codicem conficiendum curauit, quo leges inde a Constantino

tino M. latus complexus est, quippe Gregorianus et Hermogenianus vetustiores codicibus suis complexi fuerant. Quem quidem codicem a nomine suo appellatum Valentiniano III. in occidente promulgandum dedit, quod etiam factum esse constat³⁾). Quamobrem ista tempestate, qua regna Germanorum in Romanorum prouinciis condebantur et codices Gregorianus, Hermogenianus, Theodosianus et quinque iureconsultorum scripta, Caii, Papiniani, Vlpiani, Pauli, Modestini vim et auctoritatem publicam obtinuerant, quarum igitur legum vsum Romani in ciuitatibus Germanorum retinuerunt⁴⁾.

- I) AMMIANVS MARCELLINVS Lib. XXX. c. 4. imaginem horum temporum egregie expressit. THEODOSIVS II. barbariem quidem depellere studuit, sed audiamus ipsum; Nouella an. CCCCXXXVIII. ait: *saepe nostra clementia dubitanit, quae causa faceret, ut tantis propositis praemiis, quibus artes et studia nutrantur, tam pauci, rari- que extierint, qui plena iuris civilis scientia ditaren- tur: et in tanto lucubrationum tristi pallore, vix unus aut alter receperit soliditatem perfectae doctrinae, quo^d nequaquam ulterius sedula ambiguitate tractetur, si eo- pius immensa librorum, si actionum diuersitas difficul- tasque causarum animis nostris occurrat, si denique mo- les constitutionum dualium, quae velut supprepta diuer- sae caliginis et obscuritatis vallo sui noritiam humanis ingenitis interclusit.* Verum egimus negotium temporis nostri et discussis tenebris compendio breuitatis, lumen le- gibus dedimus, eleclis viris nobilibus exploratae fidei, famosae doctrinae, quibus delegata causa civilis officii, purgata interpretatione, retro principum scita vulgau- mus: ne iurisperitorum ulterius severitate mentita, dis- simulata scientia velut ab ipsis adytis expectarentur formandata responsa. cum liquido pateat, quo pondere donatio deferatur, qua actione petatur haereditas, quibus verbi

*verbis stipulatio colligetur, ut certum vel incertum debet
sum sit exigendum, quae singula prudentium detectavi.
giliis, in apertum lucemque deducta sunt splendore numi-
nis nostris radiante. IAC. GOTHOFRDVS ad L. viii.
Cod. Theod. de resp. prud. plura dabit loca.*

- 2) *L. viii. Cod. Theod. de Responsis Prudentum, quia fundamen-
tum loco ponitur, afferenda videtur. Imp. Theodosius
et Valentinianus A. A ad senatum urbis Romae ita: Pa-
piniani, Pauli, Gaii, Vlpiani atque Modestini scrip-
tae uniuersa firmamus ita, ut Caium atque Paulum, Vlpia-
num et caeteros, comitetur auctoritas lectionis, quae ex
omni opere recitatur. Eorum quoque scivitiam, quorum
tractatus atque sententias praedicti omnes suis operibus
miserunt, ratam esse censens, ut Scævolae, Sabini,
Iuliani, atque Marcelli, omniumque, quos illi celebra-
runt, si tamen eorum libri, propter antiquitatis incer-
tum, codicum collatione fermentur. Vbi autem diuersae
sententiae proferuntur, potius numerus vincat aucto-
rum: vel, si numerus aequalis sit, eius partis praecedat
auctoritas, in qua excellenter ingenii vir Papinianus emi-
nebat; qui, ut singulos vincit, ita cedit duobus. Notas
etiam Pauli atque Vlpiani, in Papiniani corpus factas,
sicut dudum statutum est, praecipimus infirmari. Vbi
autem pares eorum sententiae recitantur, quorum par-
censetur auctoritas, quod sequi debeat, eligat moderatio
indicantis. Pauli quoque sententias semper valere pra-
cipimus; et caetera. Dat. VII. Iud. Noemb. Rauennæ,
D. D. N. N. Theodosio XII. et Valentiniano II. A. A.
Coff. (426.)*
- 3) *Codicem Theodosianum in Occidente suisse promulgatum,
docuit praeter STRVVIVM in Hist. Iur. Rom. p. 258 et 259.
GOTHOFREDVS Proleg. ad Cod. Theod. c. 3.*
- 4) *Interpres Gothus ad l. viii. Cod. Theod. de Resp. Prud. ait:
Haec lex ostendit, quorum iuris conditorum sententiae
valeant. Hoc est, Papiniani, Pauli, Gaii, Vlpiani, Ma-
destini, Scævolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli: quo-
rum si fuerint diuersae prolatæ sententiae, ubi minor
numerus unum senserit, vincat. Quod si forsitan aequa-
lis numerus in utraque parte est, eius partiis praecedat
auctoritas, in qua Papianus cum aequali numero sen-
serit.*

rit. Quia ut singulos Papinianus vincit, ita et cedie duobus. Scæuola, Sabinus, Iulianus atque Marcellus in suis Corporibus non inueniuntur, sed in praefatorum opere tenentur inserti. Gregorianum vero et Hermogenianum ideo Lex ista praeterit, quia suis autoritatibus confirmantur ex lege priore, sub titulo, de Constitutionibus Principum et Edicis. Sed ex his omnibus iuris Consuloribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiano et Paulo, quae necessaria cauſis præsentium temporum videbantur, elegimus. Hic locus in vniuersitate legis Romanae historia in Hispania et Gallia fundamenti loco esse debet.

§. 71.

De mutationibus, variisque visionibus legum Romanarum in prouinciis subiectis vniuersim.

At vero ne putas haec omnia tam accurate fuisse obseruata, quo modo fieri oportuisset. Magistratus fere erant Germani legum Romanarum imperiti, qui in disceptationibus cauſarum inter Romanos ex consilio scribarum et iureconsultorum Romanorum, quales illa tempora ferebant, respondere solebant. Hi autem ob raritatem librorum et charitatem aequem atque ob ignorantiam vix una alteraue parte vtebantur, clerici vſum Codicis Theodosiani in primis tuebantur, ut quilibet, quae ipſi fauebant, allegaret. Irrepsit itaque magna corruptela in ius Romanum et crassa legum ignorantia, inde manauit summa iurium incertitudo et in iure dicundo libido atque iniustitia, pernicies et pestis reipublicae. Quod quum Germani inteligerent, non legum suarum solum codices confecerunt, sed eandem operam etiam in iuribus Romanorum emendandis, corrigendis, et

amputandis, aut ad certum modum redigendis posuerunt. Inde noua legum Romanarum latio in regnis Germanorum saepe facta fuit, quae in salutem ciuitatum, simulque in corruptelam legum Romanarum processit, quod tamen Germanis vicio vertendum non puto. In quibusdam autem ciuitatibus ne legislatores quidem curam aliquam in emendandis Romanorum iuribus posuerunt, sed ipsi iudices, prout fors et fortuna se-rebat, leges quas manu tenebant in epitomen redactas, aut corruptas adhibebant, ut iuris dicundi ratio ex lege Romana non posset non esse corruptissima.

At vero id non in eam partem interpretari velim, ut ab arbitrio iudicium pependerit, quas leges adhibere voluerint, sed triplex in vniuersum fuit iuris Romani fons in ciuitatibus Germanorum. In nonnullis regnis ac territoriis ius Iustiniianeum valuit, ut in disceptationibus caussarum iura inde promerentur; deinde in aliis regnis leges Theodosianae obtinuerunt id est iura Romana, qualia a Valentiniano III. et Theodosio II. ordinata fuerunt; quod in iis fere terris deprehenditur, in quibus Iustiniani leges promulgatae non fuerant; tandem etiam in quibusdam partibus ex illis ipsis legibus in utilitatem iudicium auctoritate publica in epitomen redactus obtinuit codex, ut inde ius inter Romanos diceretur. Itaque in quoquis regno accurate animaduertendum est, quaenam iura Romana usu obtinuerint, quae quoniam difficultia, nec adhuc in clara luce collo-

collocata sunt, ab omnibus fere misceri videmus.

A libris legum Romanarum enchiridia, epitomas aliqua eius generis scripta priuato arbitrio aut composita aut ex legibus Romanis confecta distinxerim. Horum enim librorum nulla erat auctoritas, ideoque non debent eodem, quo leges gradu et loco poni, quanquam iusticias ire nolo, interdum etiam ex his iura tuisse deprompta licet perraro, quippe non reperio talia scripta in disceptationibus caussarum tabulisue allegari, sed leges. Quod enim principium reges Francorum aliquae inculcauerant, ut iudices ex legibus promerent iura, etiam inter Romanos obtinuit, quanquam in ipsis legibus non semper delectu et iudicio accurato vtebantur. Hoc itaque distinctius persequar.

CAPUT. II.

HISTORIA LEGIS ROMANAЕ IN SINGVLIS GERMANORVM CIVITATIBVS
EXPOSITVR.

§. 72.

Quorum regnorum in enarrandis legum Romanarum fatis ratio habetur, differit.

Quanquam plura Germani in imperio Romano condiderunt regna, inque omnibus iuris Romanii usus doceri potest, ne Vandalis quidem, qui in Africa sedes fixerant, exceptis; eorum tamen regnorum duntaxat rationem habebo, in

R 3 quibus

quibus historia iuris Romani maioris momenti est, partim ob vim et potestatem legum Romanarum in Germanorum iura, partim ob superstitia iuris Romani ex his ipsis regnis fragmenta, partim ob usum legum Romanorum hodiernum. Quae quidem omnia ad veram iuris hodierni indolem cognoscendam utilia et scitu necessaria existimo, ut taceam, quae in criticam legum Romanarum inde redundant commoda.

Primum enarranda erit iuris Romani historia in Italia, vbi non legum singularium rationem habebimus, sed iuris viuieris in regnis Germanorum. Hoc autem volumine tempus a Valentiniiano III. usque ad Ottone M. complectar, reliquam historiam in parte altera persecuturus.

Deinde usus iuris Romani in Hispania regnantibus Visigothis exponendus erit. Memorabilis enim haec in primis historia ideo videtur, quia ex hoc regno omnia fere legum Romanarum fragmenta, quae extra iuris Iustinianei corpus extant, ad nostram usque memoriam manarent. Hunc locum autem regno Visigothorum absoluam. Ulteriore enim iuris Romani historiam in regno Hispanico enarrare, nostrum non est.

Tandem disquiram, quae legum Romanarum fuerint fata in regno Franeico, tam Austrasiae, quam Neustriae et subiecto his ipsis regno Burgundico. His enim articulis antiquam legis Romanae historiam in regnis Germanorum absoluti posse existimo.

I. HI-

I. HISTORIA LEGIS ROMANA E
IN ITALIA A VALENTINIANO III.
VSQVE AD OTTONEM M.

§. 72.

*Historia iuris Romani a Valentiniano III. A.
vsque ad regnum Ostrogothorum in Italia.*

Quam legum Romanarum in Italia emendationem instituit Valentinianus III, supra diximus, Romani praeter leges, senatus consulta et edicta magistratum, ytebantur tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano et Theodosiano, quibus cum parem obtinuerant auctoritatem Caii, Papiani, Vlpiani, Paulli atque Modestini scripta. Quae quidem iuris Romani constitutio, aut si maius, confusio obtinuit, cum primum Heruli in Italia regnum conderent. De ipso quidem iuris Romani vsu sub Herulis nulla est dubitatio, sed quid Heruli constituerint, definire non audeo¹⁾. Morem Germanorum secuti agrorum seruorumque partem sibi addixere²⁾ ex quo intelligitur, animum figendi sedes regnandiique in Italia ipsis non desuisse, modo annuisset ipsorum coeptis atque conaribus fortuna. Sed regnum ipsorum breue fuit et post XIV. annos a Gothis Italiam duce et rege Theodorico occupantibus anno CCCCLXXVI. deletum.

Herulos iuris Romani usum Italies reliquisse persuasissimus sum. Germani enim morem aliarum gentium certe secuti fuerunt, neque in re-

gno vix occupato et mox amissō legum mutatio fieri potuit, vt taceam serie non interrupta iuris Romani vsum apparere. Nec etiam memoriae proditum fuit, noui aliquid in legibus statutum tuisse. Miserrimam tamen ista tempestate iuris Romani fuisse conditionem ex ipsa re intelligitur. Quae enim omnia occupaverat barbaries, juris prudentiam etiam inualerat, quam sequebatur corruptela ingens et iudicium aduocatorumque ignorantia.

- 1) *GOLDASTVS Const. Imp. T. III. p. 609*, assert: *Odod-
cris Herulorum Regis Romanorum Editum; de elec-
tione Romani Pontificis et non alienandis bonis ecclesiae
Romanae, Romae datum.* Statuitur haec lege, vt nulla
sine auctoritate Regis fiat electio, vt omnis rerum eccl-
esiasticarum alienatio sit nullius momenti, neque unquam
in his rebus prae scriptio valeat. Romanos Pontifices
confirmationem a Regibus Gothorum redemisse, tradit
CASSIODORVS Lib. VIII. ep. 15. idque a Iustiniano
retentum ex ipsa *Gregorii I. confessione obseruat AL-
TESERRA ET STRAVCH Am. Iur. Can. Ecl. VI. cap. XI.*
Plura dabit *BERARDVS Opp. P. II. T. II. p. 187. seqq.*
- 2) *PROCOPIVS de Bello Gothicis Lib. I. c. 1.*

§. 73.

Historia iuris Romani in regno Ostrogothorum.

Potens regnum in Italia vicinisque terris condidit Theodoricus Ostrogothorum Rex. Initium eius ab eo tempore computamus, quo Heruli vieti fugati que regnare desierunt, vis tamen et robur in primis ab anno D. coepit, quo Theodoricus triumphum Romae egit magnificum. Iustinianus autem deleuit hoc regnum an. DLIII. et imperium Romanum in Italia restituit.

Theodo-

Theodoricus, qui in aula Constantinopolitana a pueritia enutritus, eductus omnibusque scientiis imbutus fuerat, splendorem vrbis Romae restituit et senatu pristina reddidit iura¹). Maximo amore rerum Romanarum captus resuscitauit leges Romanas barbarie temporum iudicunque corruptela oppressas, earumque usum inter Romanos promovit iussitque, vt Romani a gentis suae iudicibus ex propriis legibus regerentur et iudicarentur²). Ipsarum quidem legum emendationem non instituit, si ab edicto, quod fere ex Romanis iuribus haustum est, recesseris, restaurauit tamen earum legum usum, quae adhuc in Italia obtinuerant.

Itaque regnibus Gothis nouo splendore ius Romanum enituit, neque in Italia solum, sed in aliis etiam terris, quae Ostrogothorum regno subiectae fuerant. Effecit etiam Theodoricus studio et commendatione legum Romanarum, vt reges Wisigothorum in Hispania magni aestimarent ius Romanum, eiusque auctoritatem tuerentur atque augerent. Legum autem latarum eadem adhuc constitutio erat, qualis supra imperante Valentiniano III. cognouimus, vt in universo iuris Romani usu nulla mutatio facta deprehenderetur. Ad manus autem adhuc erant ipsi codices constitutionum et iurisconsultorum volumina, nec corruptelam, quam iuris prudentiae Romanae libri postea passi fuerunt, his temporibus tribuendam puto.

Studium iurisprudentiae fere emortuum erat, ideoque nulli existere viri ingenio et doctrina clari, qui in excolendo iure eminerent. Romae supererant doctores, qui studium legum professi falarium publicum ex pristino instituto habebant³⁾, sed infelix seculum omne litterarum studium oppresferat, litterarum barbaries autem ruita est iurisprudentiae. Magistratus et aduocati, quam vsu didicerant iurisprudentiam, in forum et caussarum disceptationem proferebant, clerici contra, qui soli fere litteris vacabant, operam studiumque in legibus etiam colloabant, ut et sua et ecclesiae iura tueri ac propagare valerent, eorumque studio effectum fuit, ut iuris Romani codices et libri conseruarentur⁴⁾ pariter atque corrumperentur⁵⁾.

3) cf. GROTHI Praef. ad SS. Rer. Gothicarum edit. Amstelod. 1655. SCHIRACH historische Briefe 1770. 8uo.

4) GELASIVS P. P. Distinct. X. c. 12. in epistola ad Theodosium Ostromgothorum Regem, certum, inquit, Magnificentiam vestram Leges Romanorum Principum quas in negotiis hominum custodiendas esse praecepit, multo magis circa reverentiam Beati Petri Apostoli pro sua felicitatis augmento velle seruari. THEODORICVS in prooemio edicti sui ait: praesentia iustissimus edicta pendere, ut salua iuris publici reverentia et legibus omnibus cunctorem devotione seruandis, quae Barbari Romani que sequi debeant, super expressis articulis, edictis praesentibus evidenter cognoscant.

5) cf. Sancto Pragmatica Iustiniani cap. 22. vbi canonis mentio fit quam Theodosius dare solitus erat grammaticis ac oratoribus vel etiam medicis vel iuris peritis.

4) DIONYSIVS EXIGVVS sub Gothis floruit, mihi tempore non possum, quin CASSIODORI de diuin. lect. cap. 23. iudicium adscribam, ait: Fuit nostris temporibus

ribus et Dionysius Monachus, Scytha natione, sed mortuus omnino Romanus in utraque lingua valde doctissimus, reddens actionibus suis quam in libris domini legerat aequitatem, qui scripturas diuinis tanta curiositate discusserat atque intellexerat, ut videcumque interrogatus fuisse paratus haberet competens sine aliqua dilatatione responsum, qui mecum dialeticam legit et in exemplo glorijs magisterii plurimos annos vitam suam domino praestante transsegit. Pudet me de conforto dicere, quod in me nequeo reperire. Fuit enim in illo cum sapientia magna simplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas, ut in nullo se vel extremis famulis anteficeret cum dignus esset regum sine dubitatione colloquiis. — Qui peritus a Stephano Episcopo Saloniaco ex græcis exemplaribus, canones ecclesiasticos moribus suis, ut erat planus atque disertus magnæ eloquentiae luce composuit, quos hodie usu celeberrimo Romana ecclesia complectitur. Hos etiam oportet vos assiduo legere, ne videamini tam salutares ecclesiasticas regulas culpabiliter ignorare. Alia quoque multa ex græco translatis in latum, quæ utilitati possunt ecclesiæ inseruire. Qui tanta latinitatis et græcitatis peritia fungebatur ut quoscunque libros græcos in manibus acciperes, latine sine offensione transcurveret, iterumque latinos Atlico sermone legeret, ut crederes hoc esse conscriptum quod os eius inoffensa velocitate fundebat. Eloquium sane, quod in interpretem Nouellarum Iustinearum non eadit. De ipsa hac canonum et decretalium collectione accurate discussuit SPITTLER Geschichte des kanonischen Rechts bis auf die Zeiten des falschen Isidorus Halle 1778 8vo. Add. EIVSD. Kritische Untersuchung des besten laodienschen Canons p. 50. seqq. CAR. BLASCVS de collectione Canonum Isidori Mercatoris p. 8. seqq. de hac ipsa re etiam discussuit; de auctoritate autem CENNIVS in monumentis dominationis Pontificiae, qui negat imprimis tantam istius collectionis suffici auctoritatem, quantam prædictat Cassiodorus. Minim placet iudicium BERARDI de Canonibus Gratiani genuinis P. I. Praef. Obj. V. edit. Venet. p. XXII. seqq. et quae nuper discussuit GLÜCKIVS V. CL. Praecogn. Iur. Canon. §. 172.

§) Ans

5) An clerici hoc tempore iam corrumpere coeperint acta publica et leges quaeritur? libri in manibus iudicium incorrupti, impotentia cleri et Pontificum Romanorum, seculi doctrina et studium, et Dionysii Exigui exemplum, mini bonam fidem ecclesiae tueri fidentur; sed seculis sequentibus, nono in primis, in morem ecclesiae abiit, corrumpere acta publica et fingere, modo apta haec omnia ad cleri et sedis Romanae auctoritatem stabilendam viderentur.

§. 74.

De iure Iustinianeo in Italia promulgato.

Iustinianus recuperata Italia leges a se latae emendatasque per occidentem promulgavit, neque dubito, quin omnis iuris antiqui usus in Italia aequae atque in Graecia et Asia prohibitus fuerit. Ipsa quidem promulgatio nullis dubitationibus obnoxia est, sed reliqua fere omnia valde ambigua sunt, nisi quod omnes leges, quae ante Iustinianum obtinuerunt, abrogatae fuerunt, inque Italia nunc et Valentiniani III. de responsis prudentum sanctio et Codicum Theodosiani, Hermogeniani ac Gregoriani usus cessauit, id quod ipsa iuris Romani historia docet^{1).}

Quo anno promulgatio iuris Iustiniane facta fuit, difficile definiri potest, videtur tamen Iustinianus post urbem Romam anno DCCXXXVII. recuperatam, iura sua in Italia promulgasse. Id certum est bello Gothorum nouum fato in singularis partibus obtinuisse iura Romanorum a Iustiniano promulgata^{2).}

Nouellae iam ante Italiam recuperatam magna ex parte latae fuerant, nec tamen codex, quam Iustinianus

nianus promiserat, id temporis extitit; ideoque corpus Nouellarum in Italia isto tempore promulgari non potuit. Quamobrem vero simile videtur singulas Nouellas in Italiam fuisse transmissas et quidem lingua latina, ut textus latus in Italia authenticus videretur. Nouellas enim Graecas in Italia fuisse promulgatas nullibi relatum legi, ideoque, quod sanæ rationi repugnat, animum meum inducere non possum, nec tamen contendō, illam, qua hodie utimur versionem, aut collationum distributionem esse a manu Iustiniani. Haec enim omnia prima fronte tantam barbariem prae se ferunt, ut a Iustiniano abhorrere videantur, quanquam ipsam versionem esse antiquissimam negare non adeo. An integer nouellarum codex a Iustiniano confectus in Italiam transmissus fuerit, definire non audeo^{3).}.

Litterarum studium etiam promouere studuit Iustinianus in Italia et in primis in urbe Roma, legumque disciplina auctoritate publica Romae saltem docta et praelecta fuit, quod ex institutis Theodorici retinuit Imperator^{4).} Itaque potuisse reflorescere iurisprudentia, sed omnia alter euenerunt, id tamen in viuierum effectum fuit, ut et codices legum Romanarum et iuris Romani usus in Italia conseruarentur.

1) SENKENBERGIVS in Appendix III. ad Methodum Iurispr. §. II. monuit quidem iura Iustinianea in Italia fuisse promulgata, sed non probauit.

2) IUSTINIANVS in Pragmatica sanctione an. DLIII. Pro Petitione Vigili cap. II. ait: *iura insuper vel leges codi-*

codicibus nostris insertas, quas iam sub edictali programmatae in Italiam dudum misimus, obtinere sancimus, sed et eas, quas postea promulgauimus constitutio- nes iubemus sub edictali propositione vulgari ex eo tem- pore, quo sub edictali programmatae euulgatae fuerint etiam per partes Italiae obtinere, ut una, Deo volente, facta republica legum etiam nostrarum ubique prolate- tur auctoritas.

- 3) cf. ZEPERNICK V. CL. *Delectus scriptorum Nouellas Iustiniani Imp. earumque historiam illustrantium Halae 1783. 8vo.*
- 4) IVSTINIANVS c. l. cap. 22. ait: *annonam etiam, quam et Theodoricus dare solitus erat, et nos etiam Romanis indulsimus, in posterum etiam dari praecepimus, sicut etiam annonas, quae grammaticis ac oratoribus vel etiam medicis vel iuris peritis antea dari solitum erat, et in posterum suam professionem scilicet exercentibus ergari praecepimus, quatenus iuuenes liberalibus studiis eruditae per nostram rem publicam florent.*

§. 75.

Historia Iuris Romani Longobardis in Italia regnartibus.

Mortuo Iustiniano DLXV. Romani imperii vis et potestas marcescere, et paulatim ad imbe- cillitatem inclinare coepit, ut nulli hosti resistere valeret. Italia in praedam cessit Longobardis, qui nouum regnum an. DLXVIII. ibidem rege Alboino condiderunt. Regia erat Pavia, sed cum non totam regno suo subiicerent Italiam, dupliciter historia iuris Romani consideranda est.

Primum quidem in Exarchatu; quo Roma Romanaque ditio complexa erat, iuris Iustiniani vesus integerrimus fuit, ut non codex solum, sed totum iuris corpus valeret ¹⁾). Roma inpri- mis

mis et Pontifices Romani iura Quiritium tuiti sunt, ut in vrbe, in qua nata fuerant, perfugium habuisse viderentur²). In his autem terris leges etiam Imperatorum nouellae post Iustinianum promulgatae, obtinuerunt, quarum usum Romani Pontifices et totus clerus promouerunt. Exarchatus diu paruit Imperatoribus Constantinopolitanis, ideoque leges in hanc certe Italiae partem missae fuerunt, quod tamen de Basilikorum libris et nouellis Leonis Philosophi non dixerim, sed de iis legibus, quae conditae fuerunt, quoad Exarchatus stetit. Exiguus tamen aut fere nullus earum usus fuit, id quod ex rationibus horum temporum explicandum videtur. His temporibus etiam Pandectarum Florentinarum exemplar Pisas fuisse allatum ex Oriente puto, nec tamen annum definire audeo. Pisani enim commercia versus Asiam et Constantiopolin agentes illud cimelium magno forte pretio redemptum non vanitatis, sed usus sui gratia attulerunt³) nec opinantes et iuri Romano et toti posteritati consuluerunt. De ipso hoc codice differere meum non est, historiam legum Germanicarum scripturus⁴). Leges autem Iustinianas atque ipsa Digesta iam ante in Italia adfuisse, quam illud exemplar allatum fuit, tota iuris historia docet, sed anne exemplaria Pandectarum, quae hodie exstant, ex uno illo codice descripta et propagata fuerint, quaeri et meo quidem iudicio defendi potest⁵).

Lon-

Longobardi ex regno suo iuris Romani vsum non proscripterunt. Romani itaque has leges obseruarunt, atque omnino licuit etiam profiteri legem Romanam in regno Longobardorum⁶). At enim Barbares sub Longobardis omnino ingruere coepit, exoleuit plane iuris Romani studium in regno Longobardorum, vsu fori retentum quidem, sed, vti fieri solet sine studio, etiam neglectum fuit. Quanquam vniuersum ius Romanum adfuit, clerici tamen in primis codicem in deliciis ideo habuerunt, quoniam iura ecclesiistarum, venerationem ordinis clericalis et haereticorum odium valde inculcabat⁷). Nouellae partem eius integrantem constituere visae fuerunt, ideoque easdem amplecti vtile crediderunt, praeferunt quia conciliorum canones publicam auctoritatem ex iisdem acceperant⁸). Quamobrem cum diffusae essent nouellae, codicem iisdem instruere et epitomen legum nouarum legibus codicis adiicere coeperunt, vt mox patet legem codicis aut abrogatam aut emendatam et immutatam esse. Authenticas hodie dicimus has summas, quarum initium iam histemporibus factum fuisse reor. Authenticarum enim historia a seculo sexto vsque ad decimum tertium pertingit, vt nouissimae regnante Friderico II. confectae videantur⁹). Neque a vero, meo quidem iudicio abhorret, in haec tempora etiam versionem Nouellarum vulgatam, quam barbaram appellant, incidere, nec improbabilis est eorum coniectura, qui versionem iam ante Gregorium

rium M. Pontificem Romanum existisse putant¹⁰). Imperitus clericus hoc suscepisse opus mihi videatur, gloria forte Dionysii Exigui excitatus. Errores enim commissi, qui in locum etiam linguarum imperitum non cadunt, studium iuris hac tempestate a clericis fere solis excultum, et seculorum istorum rationes efficiunt, ut id credam¹¹) ista tamen in nouem collationes partitio et titulorum distributio medii aevi est, quo singulæ iuris partes magis ad usum scholæ accommodari cooperunt¹²).

1) De hac re differuit SENCKENBERG in *Methodo Iurispr.*
App. III.

2) LEO IV. a Lothario A. anno circiter DCCCXXXVI.
apud GRATIANVM *Dift. X. c. 13.* petiti: ut sicut habet
nus Romana lex viguit, absque univeris procellis et
pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta,
ita nunc suum robur propriumque vigorem obtineat.

LOTHARIVS A. id omnino concessit, usumque legum
Romanarum tuitus est. Praecipit enim apud GEORGISGH
p. 128. c. 14. ut mulieres Romanae, quae viros habue-
runt Longobardos, eis defunctis a lege viri sui sint ab-
solutae et ad suam revertantur legem. Et hoc statui-
mus, ut simili modo seruetur in caeterarum natione mu-
lierum. Professionem tamen legis etiam apud populum
Romanum obtinuisse ex eiusdem LO THARII *Legibus cap.*
37. patet. Rex ait: *volumus ut cunctus populus Romanus*
interrogetur, qualis lege vult vivere, ut tali lege, qualis
vivere profecti sunt, vivat. Romani Imperatoribus ius.
iurandum fidelitatis praestitere: *sabro honore et lege mea.*
CENNIVS in *Monumentis Dom. Pont. I. II. p. 23* ex
hoc ipso iuramento negat, villam Imperatoribus in leges
Romanas suisse potestatem, sed id inde plane non
efficitur.

3) De Pisanorum autonomia MVRATORIVS *Antiqu. Ital.*
T. II. p. 914. tabulas anni 1189. affert. Plura afferre
superfedeo.

- 4) HENR. BRENCKMANN *Historia Pandectarum seu fatum exemplaris Florentini — Traiecti ad Rhenum 1722. 4to.*
in vniuersum huc pertinet.
- 5) Omnes Pandectarum codices, qui hodie exstant, ex uno illo codice fuisse descriptos, praeter Augustinum, Taurellum, Brenckmannum aliasque ait LEOPOLDVS ANDR. GVADAGNI *Icrus Pisanius de Florentio Codice omnium, quae exstant Pandectarum exemplarium parente cum observationibus CAR. FR. WALCHII Ienae 1765.* Adspiculatur huic sententiae ipse CAR. FR. WALCHIVS V. ILL. ad ECCARDI *Hermeneuticam Iuris p. 76. seqq.*
- Contrarium sententiam tuerit in primis CHR. GOTTLIEB SCHWARZ *diss. an omnia Pandectarum exemplaria ex manuscripto Florentino manauerint?* Altorf. 1733. recudendam hanc disquisitionem curauit VHLIVS cum alia eiusdem viri commentatione *Lugd. 1739. 4to. Exercit. Acad. Norimb. 1785. 8vo.* etiam repetitum fuit.
- Doctam etiam disquisitionem legi; *dass die vulgari codices pandectarum aus dem sogenannten archetypo codice Florentino nicht ausgegangen; in hannoverischen Gel. Anzeigen vom Jahr 1753.*
- Plura scripta post NETTELBLADT. V. ILL. *Hist. Lite. Iurispr. p. 364.* indicat OTTO KOENIG *Lehrbuch der allgemeinen iuristischen Litteratur T. II. p. 109.*
- 6) Locos supra iam §. 48. num. 2. excitatimus. Multis etiam chartis res illustrari potest. *Tabulis an. 1018 apud MVRATORIVM T. I. p. 387.* — *professa sum ex natione mea legem vivere Longobardorum, sed nunc pro ipso viro legem vivere videor Romanam.*
- 7) *Tabulac anno DCCLII. apud MVRATORIVM Antiqu. Ital medi aeni T. III Dif. XXXIII. Codicem et Pandectarum memorant, quod omnino vsum arguit etiam Pandectarum.*
- 8) *Nonella CXXXI. c. I.*
- 9) Quam quidem sententiam iam defendit BEYER *Posit. ad Pand. p. 30. et BYNKERSHOEK in tract. de auctoribus et auctorit. Authenticarum cap. 3. Opusc. T. I. p. 129.*
- Vnum exemplum addam. *IVLIANVS ANTECESSOR in Dictato pro Consiliariis apud PITHOEVM p. 104.* Non lateat vero se, inquit, quod ecclesiis XL. anno.

annorum praescriptio opponitur, ut cauetur constitutio circa centesimam Nouellarum posita. Ecclesiae Romanae autem C. annorum praescriptio obiicitur, ut est relatum in Lib. I. Cod. Tit. de rebus ecclesiasticis, Constitutus principis nostri. Julianus hoc loco indicat AVTH. Quas Actiones L. 23. Cod de SS. ecclesiis, atque hic regnante Iustiniano et paulo post vixit. De bac authenticis differit BYNKERSHOEK Opusc. T. I. p. 146. et 147 BACH diff. de praescriptione C. annorum, aliisque.

- 10) LVDEWIG Vita Iustiniani p. 253. Iustinianum huius versionis auctorem fuisse putat; HOMMELIVS olim nostras de textu Nouellarum Iustiniani originario, quam dissertationem iure suo ZEPERNICK V. CL. miliisque amicissimus in delectu scriptorum nouellas Iustiniani illustrantium p. 267. recudendam curauit; contendit novellas plerasque latino idiomate promulgatas et id ipsum, quo utimur hodie exemplar originarium, graecum vero, qui exstat textus versionem aut saltim authenticum non esse. IOH. FR. HOMBERG ZV VACH in Praefatione Nonellis Constitutionibus Iustiniani ex Graeco in lati- num conuersis. (Marburgi Catt. 1717. 4to.) praemissa, putat, constitutiones illas non vnum, sed varios habuisse interpres, quod ex stili diuersitate patere ait. In aetate disiendi ad CONTII partes accedit, qui versionem illam ante Gregorium M. P. R. exstisit contendit, et si quid videmus, inquit, translatio illa est antiquissima, ut nesciamus an non dicendum sit, ut quaque consti- tuto prodit, ita eam versione esse, certe ipsa Iustiniani aetate Nonellas versas esse, docet filius. Has patris opiniones filius AEM. LVD. HOMBERG ZV VACH in diatr. de nouellarum constitutionum Imperatoris Iusti- niani lingua originaria et vulgatae versionis ueritate, auctore et usu in foro, apud ZEPERNICK c. l. p. 277. explicavit et illustraluit.
- 11) Initium iuris Iustiniani in Italia ab anno DXXXVII. computandum puto, quippe ab isto anno Iustinianus tenuit Romanum, imperii caput; Totilas quidem recuperauit urbem, sed hunc ipsum regem pro tyranno habuit Iustini- nianus, ut suum regnum non interruptum crederet. Existimare nolo, iure an iniuria id fecerit Iustinianus, quippe Totilas gentis sue occupationes ruebatur, patet



tamen inde Justinianum Italiam, ut suam considerasse, inde concludo iisdem temporibus iuris noui promulgationem in Italia esse factam. Quonobrem ab isto tempore etiam nouellas sparsim in Italiani fuisse missas puto.

- 12) Collationes non esse ex aeuo Iustiniani tralatitium est. IOANNES VIII. P. R. Epist. 163 scitote, inquit, quem admodum in C. capitulo Africani concilii legitur, similiter in secundo Nouellarum Iustiniani libro, ut nemo Episcopus aut Presbyter aliquem excommunicet; antequam causa probetur. Est haec Nouella CXXII. c. 9. ideoque plane alia distributione codex ille Nouellarum constituit. A glossatoribus post restauratum iuris studium ante Accursium fuisse facias ideo crediderim, quia Accursius in ordinanda glossa istis collationibus iam usus fuit, ac autem legum doctores iussu et auctoritate Friderici II. in sancto Petro istas collationes fecerint, quod colligunt ex ODOFREDI testimonio ad authenticam Cassa, Cod. de SS. Ecclesiis non defini. Odofredus enim non de nouellis, sed de constitutionibus Friderici II. loquitur, ex quibus authenticae factae fuerunt, atque ipse auctor iam collationes nouas, tanquam rem in vulgus notam et a maioribus traditam agnoscit. Quare seculo XII. quo iura condere et in hodiernam formam redigere solebant Itali, illas collationes ex nouellis extra codicem vagantibus esse factas puto. Inde nomen patet atque vniuersi operis historia congruit.

§. 76.

Historia iuris Romani in Italia inde a Francorum imperio usque ad Ottonem M.

Quem legum Romanarum usum in Italia vidimus regnantibus Longobardis, non solum sustinuerunt Franci, sed promouerunt adeo, ut perpetuus iuris Romani usus doceri queat. Pontifices Romani singularem aliquam praerogatiuum crediderunt, lege Romana vti, forte, ut Romani populum legibus propriis, aequae atque Germanorum

norum populi constituere viderentur. Quamobrem fauore et gratia Regum Francorum vsi iura Romana, quasi domestica allegant, studium vsuunque eorum excitant, et in praecipuis salutis publicae fontibus ponunt, quid? quod anxie solliciti sunt, vt ne Francorum legibus loco et gradu deturbentur. Itaque si qua eius rei suspicio oritur, pro iure Romano, quasi pro aris et focis pugnant¹⁾). Exemplum hoc imitati sunt clerici ideoque his temporibus vsus iuris Romani, quem iustis limitibus continuerant Longobardi, propagabatur²⁾.

Imperatores in legibus nouis praesertim in Italia constituerunt, iurum Romanorum rationem habere sanctionesque inde et loca depromere suisque adeo legibus munire solebant³⁾. Vixerunt autem lege Romana tam veteres Italiae incolae Romae, in ducatu Romano et Longobardico regno, quam omnis clerus, qui in Italia in primis ius Romanum, tanquam palladium ecclesiae venerabatur. Late itaque inprimis per Italiam legum Romanarum vsus etiam hoc aeuo manauit.

Vtrum iura Iustinianea, an Valentinianni III. et Theodosii II. leges, an Codex Alaricianus obtinuerit, quaeri potest. Longobardi enim non curabant, Iustinianae, Iustinianae an Alaricianae leges valerent. Codicem Alaricianum nec his temporibus in Italiam migrasse puto, documenta enim huius rei nulla reperio, regna autem diuersorumque regnorum leges miscere nefas

S 3

duco.

duco. Iura antiqua per Iustinianum etiam in Italia abrogata fuisse, supra diximus, ideoque colligimus his etiam temporibus iura Iustiniana per Italiam praecualuisse.

Quod ad usum fori attinet, Codicem Iustinianeum accomodarunt magis magisque, ut memoria Digestorum et Institutionum prope euaneuceret, Nouellae autem ex multis caussis gratissimae erant in primis ecclesiae, praecualuit versio latina, quam passim habebant, ut textus etiam graecus si adfuit, paulatim obliuioni daretur⁴⁾, studium aliquod iuris Romae superfluisse videtur, legum enim periti occurunt, qui iure consultos profitentur, quod sine doctrina et institutione admitti nequit⁵⁾. Itaque usus iuris Romani certissimus est, vis tamen et rapina praesertim ab extinctis Carolingis Italiam etiam miscuit, ut maxima barbaries non posset non ingruere. Persequar nunc ius Romanum in Hispania et Gallia.

1) *Epistola Leonis IV. an. DCCCXXXVII. ad Lotharium A. datain ex GRATIANO c. 9. D. X. supra explicitauimus, quaedam alia loca ad studium Pontificum Romanorum in tuendo iure Romano illustrandum addamus. De Gregorio I. iuris Romani plane studio non dicamus; LEO III. an. DCCC apud AVCTOREM Operis de Iuuavia P. II. num. XIII. p. 59. nouellas Romanorum leges citat; IOANNES VIII. c. 17. C. XVI. Qu. III. novellam Iustiniani de praescriptione C. annorum in privilegiis ecclesiae Romanae collocat. Idem Pontifex Ep. 129. ad Ludouicum R. scripsit: Nonne Ioannes Papa Romanus et Iustinianus inelytus Imperator legem Romanam facientes scripperunt ita: capitali crimine damnatorum bona non ad lucrum Praefidis, sed cognatis punitorum reddi oportere? Iuuat animaduerte quoniam toperem*

topere ineptiat Pontifex, Joannem P. R. cum Iustiniano Imperatore legislatorem dicendo. Plura loca, quibus Romani Pontifices iuris Romani meminerunt apud GRATIANVM occurunt Dift. X. c. 10. seqq. omnia collegit BERARDI de Gratiani Canonibus P. III. cap. XXV. edit Venet. p. 370. seqq.

- 2) VGHELLI Ital. Sacr. T. I. p. 349. tabulas an. DCCCCXXX. assert, quibus emphyteusis ad tertiam vsque generationem constituitur, quod ex Nouellis Iustiniani omnino expressum est; et T. II. p. 275. T. III. p. 69. quidam homines lege Romana viuere profitentur; T. IV. plures tabulae sequentium quidem seculorum occurunt, memorare has iuvat; T. IV. est charta an. MXXXIII. p. 106. an. MLXXXVIII. p. 1043. T. V. an. MXXXXVI. p. 658. an. MLXII. p. 765. quibus profitentur lege Romana viuere. Add. MVRATORII Antiquitates Eftenses p. 169. p. 174 ec.
- 3) CAROLVS M. an. DCCCL. inter leges Romae latae, secundum MEICHELBECK Hift. Frif. T. I. p. 94. constituit: *Quicunque item habens sive poffessor sive peritor fuerit vel in initio litis vel in decurſis temporum curriculis sive cum negotiorum peroratur, sive cum incepit promi ſententia, ſi iudicium elegerit ſacraſanctae legis Antifeſis, illico ſine aliqua dubitatione etiamſi alia pars refragatur, ad Epifcoporum iudicium cum fermeo litiganziuum dirigatur. Multa enim, que in iudicio captiuae praefcriptionis vincula promi non patiuntur, inuigitat et promi ſacraſanctae religiois auſtoritas. Quas itaque cauſas, que vel Praetorio iure vel ciuili tractantur Epifcoporum ſententiis terminatæ, perpetuae ſtabilitatis iure firmentur, nec liceat ulterius traclari negotium, quod Epifcoporum ſententiis deciderit.*
- 4) Ex locis supra allatis vſus Nouellarum iam patet IOANNES Italus de Abbone patre Odonis Clugniacensis Aquitano apud ALTESERRAM Rer. Aquit. Lib. III p. 192. memoriae prodidit; veterum hiftorias et Iustiniani nouellas memoriter tenuiffe.
- 5) MVRATORIVS Antiqu. Ital. Diff. XXII. codicem exſtare apud Mutinenses, quo Lex Salica, Longobardica, Alemannica, Bauaria, Ripuaria atque ipfa Romana,

quamvis contracta exstat, eiusque auctorem fuisse Eberhardum Principem, Ducem seu Marchionem Foroijulensem ait. Incidit Eberhardus in tempora Lotharii I. et Ludouici II. et talem fecisse codicem ex ANDREA PRESBYTERO apud MENKENIVM SS. Rer. Germ. T. I. p. 9^o. et eiusdem Principis testamento apud MIRAEVM Cod. Donat Piarum cap. XV. (vbi tamen non annus DCCCXXXVII. sed LXVII. legendus) patet. Codex ille Eberhardinus, quantum eidem compertum habeo, nondum editus est. CANGIANI Praef. Vol. I. Leg. Antiqu. p. XIV. opinionem fecutus codicem Alaricianum in Italia regnantiis Ostrogothis fuisse receptum, sive, inquit, hic Alaricianus codex, an Papiani liber, an vero aliud legis Romanae breuiarium mihi incomptum. Evidem periusflimus sum, neque Alaricianum codicem, neque Papiani librum in Eberhardina collectione fuisse complexum, quippe neuter in istas regiones penetrauit. Inferta autem Venetus; Illud autem nunc fatis est nosse, maiores nostros breviatio atque ad simplificationem redacto Romanarum legum libro vsos esse. Nec hoc sequi possum, inde enim non efficitur, ut Itali et Romani compendio aliquo aut epitome legum Romanarum vti fuerint, quia Eberhardus Dux in collectio-
ne sua forte quaedam ex iure Romano in usum priuatum retulerat, vt taceam nullo idoneo argumento id ipsum probari.

H. HISTORIA LEGIS ROMANAE IN REGNO WISIGOTHORVM HISPANO ET GALLICO.

§. 77.

*De iure Romano eiusque usu ante Codicem
Alaricianum.*

Alia plane est legum Romanarum in regno Go:horum Hispano historia. Hoc enim ante iuris Iustiniane lationem conditum, eas habuit et

et coluit leges, quas Valentianus^{III.} et Theodosius^{II.} in imperio Romano constituerant. Sed rem ab initio repetam, quippe Gothis omnia fere prudentum legumque Romanarum fragmenta extra corpus iuris Iustinianeum superstitia, accepta referre debemus.

Ataulphus Rex, qui gentem suam praeda Italica ditata in Galliam duxerat, nouam quidem legum lationem meditabatur, magis tamen Romanam, quam Gothicam, quippe primi Gothorum reges fauebant iuri Romano. Quam cum in ista gentis ferocitate morumque patriorum amore non perficere posset, Gothos suos consuetudine regi, Romanos contra legibus suis yti constituit^{1).} Itaque mox ab initio duo iura in regno Gothorum sata fuere, Germanum et Romanum, quorum perpetua fuit contentio, donec Romanum loco cedere coactum fuit.

Romani insignem Hispaniae partem, regno Gothorum iam condito, tenebant et plene anno 472. demum expulsi fuere. Quamobrem ad hoc usque tempus leges Romanae in Hispaniam missae obtinuerunt, in primis autem et scripta Iureconsultorum, quae publicam in decisionibus caustrarum obtinuerant auctoritatem et Codices Gregorianus, Hermogenianus et Theodosianus eum nouellis paulo post in primis in occidente promulgatis per Hispaniam valuerunt. At vero summa pariter iuris Romani confusio et ignorantia legum emendationem flagitabant, qua et

ipſi iuri coarctando et abbreviando consuleretur, simulque ad fora Gothorum et mores populi accommodatio instrueretur. Cūn enim Goths magistratus per totum regnum administrarent, quos nobilitas magis bellique gloria, quam juris legiunque peritia commendabat, non potuit non maxima in decisione cauſarum oriri varietas et perturbatio. Itaque incunte ſeculo ſexto Alarius II. Theodorici III. seu Eurici Regis filius, Theodorici Ostrogothorum in Italia Regis gener in compendium redigere studuit Romanorum leges per multa volumina diſfusas, ut Romanis et Gothis ſimil prodeſſet cauſarumque ſubleuaret decisionem²⁾).

II) OROSIUS Lib. VII. c. 29. de Ataulpho ait: *ap vbi multa experientia probauifſer, neque Goths vlo modo parere legibus poſſe propter effrenatam barbariem, neque rei publicae interdicſi leges oportere, ſine quibus res publica, non eſt res publica, elegiſſe ſe ſalutem, vt gloriam ſibi de reſtituendo in integrum augendoque Romano nomine Gorborum iuribus quaereres, habereturque apud poſteros Romanae reſtituionis auſtor, poſquam eſſe non poṭerat immutator.*

GOLDASTVS Conf. Imperial. T. III. p. 586 Supplement. edictum an. CCCXII. in hanc rem ab Ataulpho promulgatum exhibet, quod quanquam ſecundum formulam ſuſpectum, tamen re ipſa verum eſt, quod hiſtoria vniuersi iuris in regno Wiſigothico demonſtrat. Gothorum reges ſuperſtitioſa fere ratione Romanorum iura fuſſe veneratos, probauit in libello: *Hiſtoria Legum Wiſigothicarum in regno Hiſpaniae vetere Spec. I. cap. II.*

2) Praefuit Alarius ab anno CCCCLXXXIII. vsque DVII.

§. 78.

Historia Codicis Alariciani proponitur.

Quam supra in legibus Gothorum ferendis condendisque obseruauimus formam, eadem ferre in emendatione legum Romanarum deprehendimus. Existimanda enim sunt omnia ex formula regni publica, iique, qui hic imaginem legislationis Iustinianae deprehendere sibi visi sunt, Alaricum II. cum Iustiniano, Goaricum aut si Diis placet, Anianum cum Triboniano comparantes, deridendos se praebent, et crassam ciuitatum Germanicarum ignorantiam produnt. Alaricus II. patris sui Eurici exemplo, fortassis etiam Theodorici Regis in Italia hortatu excitatus legum Romanarum emendarum consilium ordinibus suis in comitiis patefecit, qui cum ipsis, quam necessaria foret legum corrigendarum ratio, intelligerent, id consilium approbarunt. Datum igitur fuit hoc negotium prudentioribus, ut optima quaque et ad usum Gothorum accommodata ex iuribus adhuc constitutis delibarent et sub certis titulis exemplis codicis Theodosiani in unum corpus redigerent. Perfectum opus Proceribus regni propositum fuit, ut id cognoscerent et approbarent ¹⁾, quo facto iussu et auctoritate Regis Alarici promulgatum fuit per Comitem Sacri Palatii Goaricum et Anianum virum spectabilem anno regni XXII. post Christum natum DVI. ²⁾. Itaque leges Romanae ex hoc solo codice nunc allegari et in disceptationibus cauſſa-

rum

rum adhiberi poterant, ut Valentinianarum et Theodosianarum legum hoc codice non comprehensarum cessaret auctoritas, quanquam in subſidium iuris antiqui aliquis uſus remansifſe vi- detur³).

Expeditione nunc quidem videbatur legum Romanarum codex, et per subiunctam interpretationem ad uſum fori accommodator, ex ipſa tam en re iam intelligere possumus, nec hanc legum Romanarum emendationem in utilitatem reipublicae processisse. Quanquam enim gens studiis et litteris imbuata, nec ingeniorum expers erat, deerant tamen qui iura docerent erudirentque populum, magistratusue. Quamobrem eadem legum ignorantia iudices Gothos vexabat, qui ut culpam et ignorantiam a ſe amolirentur, leges Romanas etiam nunc subtilitatis et obſcuritatis arguebant, longeque mores legesque patrum ſuorum ante ponebant. Quo quidem modo factum fuit, ut Chindasuindus Rex († 642.) eiusque filius Reesuindus († 652.) illum ipſum Alarici II. codicem, omnemque legum Romanarum in disceptatione cauſarum allegationem prohiberent⁴), et tota Gothorum ciuitas vno illo legum Gothicarum codice, cuius ſupra narrauimus historiam, regeretur⁵.

- ¶) Quae quidem omnia ex programmate huic codicis praefixo intelliguntur, cuius verba ſubſiciam. Ait Rex: *utili-
tates populi nostri propitia diuinitate tractantes, hoc
quoque, quod in legibus videbatur iniustum, meliore
deliberatione corrignus, ut omnis legum Romanarum
et antiqui iuris obſcuritas adhibitis fæcerotibus et nobis-
libus*

libus viris in lucem intelligentiae melioris deducta resplendat et nibil habeatur ambiguum, unde se diuturna auge diuersa iurgantium impugnet obiectione. Quibus omnibus enucleatis atque in unum libruum prudentium electione collectis haec quoque excerpta sunt, ut clariori interpretatione composita venerabilium Episcoporum vel Electorum Prouincialium nostrorum roborauit assensus. Hunc locum distinctius explicauit in *Historia Codicis Alariciani* et omnino miror in testimonio tam claro viros etiam doctissimos errasse.

- 2) Commonitorium in haec verba definit: *Anianus V. S. ex praeceptione domini nostri glorioissimi Alarici Regis hunc codicem de Theodosiani legibus atque sententiis iuris vel diuersis libris electum, Aduris anno XXII. eo regnante edidi atque subscripti. Aliam subscriptionem afferit IAC. GOTHOFREDVS Prolegom. Cod. Theod. cap. V. §. 8. vbi haec: Anianus V. S. hunc codicem legum iuris secundum authenticum subscriptum et in thesauris editum subscripti et edidi sub III. Nonas Februarii anno XXII. regnante domino nostro Alarico Rege ex praeceptione domini nostri glorioissimi Regis Alarici, ordinante viro magnifico et illustri Goarico Comite.*
- 3) Intelligere id mihi videor ex Interpretatione Gothica L. 2. Cod. Theod. de Dotibus, vbi auctores ita: *pacta inter maritum et uxorem, quae de dote inita sunt, et cum lege concordant, haec lex sicut reliquias pactiones valere praecipit. De retentionibus vero, quia haec lex ista non evidenter ostendit, in iure, hoc est in Pauli sententiis sub titulo de dotibus, requirendum aut certe in Pauli responsis sub titulo: de re uxoria.*
- 4) **LEX WISIGOTH:** *Lib. II. Tit. I. cap. 9. et 10. Verba iam supra §. 37. num. 7. dedimus.*
- 5) **RECESVINDVS REX** *Lib. II. Tit. I. c. 10. ait: nullus prorsus ex omnibus regni nostri, praeter hunc librum, qui nuper editus atque secundum seriem huius a modo translatum librum alium legum pro quoctunque negotio in iudicio afferre pertinet.*

§. 79.

De fontibus codicis Alariciani et Gotbica in primis interpretatione.

Cum Alarico Regi propositum esset, genti suae legem dare, qua in foro vteretur et Romani fere iam cum Gothis coaluisserent, necesse erat, ut vtriusque iuris et Romani et Germanici habere tur ratio. Duplicem igitur codicis Alariciani fontem deprehendimus, vnum Romanarum, alterum Gothicarum legum.

Fundamenti loco positus fuit codex Theodosianus, quem ex reliquis Principum constitutio nibus, ex Gregoriano et Hermogeniano corpore, atque ex scriptis veterum iuris consultorum, quae publicam auctoritatem meruerant, suppleverunt. Gaium, Papinianum, Paullum ipsi illi codicis conditores in fontibus ponunt¹⁾, sed an Vlpiani, cuius summa semper apud nostrates fuit auctoritas, et Modestini, qui et modestia sua et animi candore commendatur, habita fuerit ratio, queritur. Modestini scripta in Hispania videntur ignorata fuisse, sed Vlpiani opera per totum imperium propagata Germanis innotuerunt, in corpore tamen legum Alaricianarum conficiendo ad manus fuisse, valde dubito. Quae enim a vi ris doctis afferri solent argumenta, tanti non sunt, ut testimonium ipsorum Corporis Alariciani conditorum vincant. Quamobrem Vlpiani, aut alius, praeter tres memoratos viros, habitam fuisse rationem nego²⁾. Quem autem modum

modum in excerptis legibus et scriptis secuti fuerunt conditores illius codicis patet, neque multis commemorandum est.

At enim leges Romanae, quales erant, saepius accommodari non poterant ad regnum et mores Gothorum, interpretatio igitur subiecta fuit, ut e contrario lex Gothorum posita, legis Romanae usum moderaretur. Itaque alterum fontem codicis Alariciani existimo leges et consuetudines Gothorum. Etenim in singulis constitutionibus expendendum erat, quae foret applicatio, quare lex aut absque omni nota praetermittenda erat, si nihil ex patriis moribus aduersari videbatur, aut e regione iuris Germanici sanctio ponenda erat, ut mox intelligeretur, qualis sit huius constitutionis in foro Gothorum explicatio. Quam quidem legum Germanicarum sanctionem appellare placuit **INTERPRETATIONEM**, cuius verbi tamen non ea vis est ac potestas, ut interpretes agere sensumque legum Romanarum ex arte definire voluerint isti auctores, sed erat quaelibet legis explanatio ex usu fori Gothicis atque adeo noua legis patriae sanctio iudicium causa subiecta³). Vtriusque iuris commixtionem hac ipsa paraphrasi factam esse patet, quod in civitate, in qua duplex legum genus obtinebat, alter fieri non potuit. Itaque id vitio conditoribus corporis Alariciani vertendum esse non puto, interpretem autem vtriusque iuris peritissimum esse oportet. Hactenus de historia iuris Romani in Hispania,

Hispania, sed reliquani iuris Romani historiam in regnis Germanorum aliis persequar.

- 1) INTERPRETES ad L. vn. Cod. Theod. de responsis prudenter ita: sed ex his omnibus iuris consultoribus ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiniano et Paullo, quae necessaria causa praesentium temporum videbantur, elegimus.
- 2) Vlpiani regulas fuisse adhibitas atque inde conseruatas, praeter plures alios ait BACHIVS Hist. Iuviaspr. Rom. Lib. III. c. IV. Sect. 2. §. 14. et Lib. III. c. II. Sect. V. §. 28. ex Vlpiani, inquiens, singulari libro Regularum bodie tituli XXVIII. superuent, Jeruati ex Alariciano Breuiario, in quod illati fuerant regis Wisigothorum Alarici iussu. Mihi alia sedet opinio, partim quia illae regulae sine interpretatione ad nos peruenierunt, partim quia ipsi interpretes Vlpiani non meminerunt, quam quidem sententiam etiam IO. CANNEGIETER ad Dominicii Vlpiani fragmenta libri singularis regularum p. 2. sequitur.
- 3) Exempla assatim multa exstant in codice Theodosiano, quaedam illustravi in Spec. I. Hist. Leg. Wisigoth. p. 19. seqq. Valde igitur mihi iniuriosi esse videntur, qui Animum imperitiae arguunt, erroresque reprehendunt, vbi verissima sunt iuris patrii principia, ut taceam Anianum plane non esse harum interpretationum auctorem.

III. HISTORIA LEGIS ROMANAE IN GALLIA ET GERMANIA.

§. 80.

De usu iuris Romani in Gallia et Germania univer-
sim, sigillatim de codice Alariciano in parte
Galliae Gothis subiecta.

Quiritium iura etiam in Gallia eaque Germaniae parte, quae Romanis subiecta fuit, valuisse, certissi.

certissimum est¹⁾). Quod ad Galliam attinet, et Gothi et Burgundiones et Franci partem occupaverant Valentiniano III. et Theodosio II. A. A. neque tamen non in magna Galliae parte imperium Romanum adhuc stabat, ideoque legum Valentinianarum et Theodosianarum usum et auctoritatem in his terris obtinuisse, manifestum est²⁾), quod equidem tempus a quo inchoetur haec nostra historia, hic quoque ponendum esse existimo, nec tamen de finibus territorii regundis anxius sum. Ex ipsa enim gentium historia haec cognoscenda sunt.

Primum quidem videndum est, an codex Alaricianus extra Hispaniam obtinuerit; quod in Gallia non negauerim, sed in Italia receptum fuisse certo arguento nondum didici, quamquam viri docti id affirmant³⁾). Quae quidem opinio ex iis, quae supra de iuris Romani usu in Italia diximus, refellitur, atque ex confusa vtriusque codicis, Theodosiani et Alariciani, historia originem cepisse videtur. In Gallia autem haec fere erunt codicis Alariciani fata.

Alarius Rex cum nouum legum Romanarum codicem genti suae daret, insignem Galliae partem tenebat, eiusque imperium per Provinciam vicinasque patebat terras, ut ipse Rex Tolosanus diceretur⁴⁾). In his itaque regionibus codex Alaricianus promulgatus fuit, ut propria vi usum auctoritatemque obtineret. Clodoveus Alarico deuicto occupauit quidem terras Gothorum in Gallia, partem tamen vindicauit

T The o-

Theodoricus Ostrogothorum Rex, quae postea col-
lapsò Gothorum in Italia regno, Francis etiam ces-
sit, quae tamen nullam vim in ipsas leges habuerunt,
ut constante vsu iuris Alarici auctoritas reti-
neretur. Neque illae Regum Hispanorum san-
ctiones, quibus vsus legum Romanarum abrogat-
tus fuit, in Gallia auctoritatem habuerunt, ideo-
que propitiora in his regionibus, quam in Hispa-
nia fuere codicis Alarici fata⁵⁾). Itaque per
Prouinciam, Aquitaniam vicinasque regiones vsus
iuris Romani ex codice Alariciano definien-
dus erit⁶⁾.

Quamdiu obtinuerit, definire non audeo, ex
vniuersa tamen iuris historia intelligitur, seculu-
lo XII, demum per iuris Iustinianei studium et re-
ceptionem has leges Alarici exoleuisse⁷⁾

- 1) De origine et progressu legis Romanae in Gallia et Aqui-
tania sub Romanis dixit ALTESERRA *Rer. Aquitan.*
Lib. III. c. 6.
- 2) Theodoricus Ostrogothorum R. expeditionem in Galliam
Gothicam suscepturnus apud CASSIODORVM *Lib. III.*
Epiſt. 43. incolis scripsit: *delectamur iure Romano viuere,*
quos armis cupimus vindicare, nec minor nobis cura est
rerum mortalium, quam potest esse bellorum, quid enim
proficit barbaros remouisse confusos, nisi viatur ex le-
gitibus? Omnino etiam gloriaturs Princeps se refutuisse
morem Romanum *Lib. III. Ep. 17.* BARONIVS *T. VI.*
Annal. ad an. DIX. Caesarei, Archiepiscopi Arelaten-
sis, testamentum isto tempore conditum affert, quod
ex iure Romano expressum fuit.
- 3) CANCIANI Praef. Barb. Leg. Vol. I. p. 14. ait: *si vero*
de Italia nostra sermo sit, adhuc regnantibus Ostrogo-
thib[us] Alarci codicem penes nos quoque receptum fuisse,
docent eruditii. Qui hi ipsis sint, me fugit, tota res ne
probabilis quidem est, quippe Theodoricus leges Ro-
mana

manas ipsas coluit, suumque anno D. edictum promulgavit.

- 4) cf. IAC. GOTTFRID *Proleg. Cod. Theod. c. V. §. 9.*
- 5) Vsum iuris Romani in Gallia cis Ligerim obtinuisse eamque partem inde Romaniam dictam, et pristinos incolas Francorum regno subiectos, gentem Romanam, Romanosque fuisse appellatos ait ALTESERRA *Rer. Aquit. Lib. III. c. VIII.*
- 6) Formulae Andegauenses anno DXV. confectae, saepius mentionem faciunt legis Romanae. *Formula LVII.* ita incipit: *Lex Romana edocet, consuetudo pariter consentit, et regalis poetas non prohibet, ut unusquisque de re sua, quam in praesente die possidet, faciat, quod voluerit.* Eadem prope verba *formula XXXV.* et *LIII.* leguntur. Evidem hic codicem Alaricianum intelligo.

Formulae Sirmondiae in tractu Turonensi confectae vbiique leges Romanas prae se ferunt, ut recte secundum legem Romanam compositae dicantur, autem certissime ad manum habuit Codicem Alaricianum, ex quo patet, per totum tractum Andegauensem et Turonensem vsum eius manauisse. *Formula XI.* infans ante ecclesiam repertus venditur nutritiendus — secundum sententiam illam, quae data est ex corpore Theodosiani libri quinti dicens: *si quis infantem a sanguine emerit, si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut eiusdem meriti mancipium aut pretium nutritori, quantum voluerit consequatur.* Quae quidem sunt ipsa verba interpretationis Gothicæ *L. i. Cod. Theod. de his, qui sanguinolentos entos ec. subiectae.*

Formula XVII. quartam legitimorum hereditum memorat, atque vbique iuris Romani vus deprehenditur.

Tabulis an. DCCCLII apud MARTENE et DURAND Ver. SS. et Monument. T. I col. 56. Harwichus villam in pago Andegauensi sitam monasterio Prumiensi tradit, quibus haec: *cum in libris Theodosiani, Hermogeniani seu Papiani per quem lex continet scriptum est, quod donatione traditio subsequatur.* Hic codicem Alaricianum innui tam ex loco patet, in quo donatio facta est, scilicet in tractu Andegauensi, quam ex ipsis verbis, quibus plures eiusdem corporis iunguntur auctores. Eadem

charta exstat apud HONTHEIMIVM *Hist. Trev. Dipl.*
T. I. p. 154. num LXIII. vbi doctissimus editor nota
 subiecta putat, isto tempore integros forte codices Theodo-
 dosianum et Hermogenianum in Francia existisse, sed ex
 his certe tabulis id mihi non patere videtur. Etenim co-
 dicem Alaricianum intelligi, ex ipsa allegatione patet
 quippe in *L. I. Cod. Theod. de Donationibus eiusque*
Interpretatione subiecta statuitur; ut *donationem*
traditio subsequatur. Itaque etiam in aliis tabulis in
 tractu Andegauensi anno DCCLXXXVII. confectis, qui-
 bus Carolus M. legis Romanae meminist, codicem Ala-
 ricianum intelligo veluti apud HONTHEIMIVM *p. 144.*
 quanquam in aliis terris et regionibus, in quas Alaricia-
 num iuris corpus non peruenit, Lex Romana modo
 Theodosiana modo Iustinianea iura significat. Ex locis
 enim haec omnia definiri oportere, per se patet.

- 7) ALTESERRA c. l. Lib. III. c. X ab antiquissimis tem-
 poribus usque ad seculum XI. et XII. legum Romanarum
 usum in ipsis oris defendit, atque inde omnino istas
 terras dici iuris scripti, quippe codice legum scripta-
 rum vtebantur, ait.

§. 81.

Historia Iuris Romani in antiquo Francorum regno et Burgundia.

Franci mox ab initio, quo ultra Rhenum se-
 des fixerant, principium stabiliuerunt, ut Romani
 lege sua viuerent¹⁾). Quanquam iam in eunte
 seculo V. populi Germani in ipsis Romanorum
 provincias irruperunt; tamen magna pars Galliae
 Romanis superfuit diutius, ideoque in ipsis etiam
 terris, quas paulatim Franci sibi subiecerunt, legum
 Valentinianarum et Theodosianarum usus fuit.
 Has igitur Romani retinuerunt, ideoque non codi-
 cis Alariciani, sed Theodosiani et reliquorum
 codi-

codicum ac voluminum usum reperire mihi videor. Certissime enim in his terris Codex Alaricianus promulgatus non fuit, an receptus fuerit, dubito, id certe probari nequit, imo contra legum Theodosianarum usus deprehenditur²), vt adeo per Neustriam et circa Sequanam antiquas Romanorum leges usque ad Rhenum obtinuisse putarem.

In regno Burgundionum, quod ad Rhodanum et Alpes seculo V. fundatum fuit, quoad proprii illud ipsum tenuerunt reges, usus iuris Romani fuit frequentissimus, iidemque mihi et codices et libri Iurisconsultorum intelligendi videntur, qui per reliquam Galliae partem, publicam obtinuerunt auctoritatem. Gundobaldus Rex, quem leges Burgundionibus suis tulisse supra diximus, promiserat quidem legum Romanarum codicem confidere³), fidem autem datam liberasse, nullibi legi. Etenim optimo Regi cum Francis de salute decertandum erat, vt de corpore legum Romanarum inter bella tam atrocia confiendo otium deeset⁴).

Oppido falsa mihi eorum videtur opinio, qui Papiani Responsa pro corpore iuris habent, quod Gundobaldus, aut nescio quis Francorum Rex, Burgundionibus condidisse fertur. Quis quaeſo tam pauca fragmenta pro epitome iuris Romani venditabit? formulae regni Burgundici totius opusculi ratio etiam repugnat, ideoque per Neustriam et Burgundiam Codices et libros Ctorum, quales inde a Valentiniano III. et Th. od-

fio II, fuerunt, obtinuisse, eorumque fragmenta etiam in his regionibus, quatenus extra codicem Alaricianum exstant, conservata fuisse statuo.

- 1) **LEX SALICA** Tit. XXXXIII. *Constitutio CLOTARII II.* circa annum DLX. c. 4. id praecepit: MARCVLFVS Form. Lib. I. cap. VIII. in formula ducatus ait: *tam Franci, Romanii, Burgundioner, quam reliquas nationes sub tuo regimine et gubernatione degant ac moderentur et eos recto tranite secundum legem et consuetudinem eorum regas.* De vni iuris Romanii in istis terris differuit SCHOEPFLINVS Alf. Itafr. T. I. p. 285.
- 2) MARCVLFVS in formulis componendis ante oculos habuit veteres Romanorum leges, quippe vbiique solius legis Romanae meminit, neque vlla interpretationis Gothicæ apparent vestigia. Legis Romanae vlns patet ex Formulis Lib. II. num. X. XII. XV. XXXVII. atque ex Appendix num. LIII. et LVI. *Capitulario Regum Franciae Occidentalis* subinde meminerunt Legis Romanae, CAROLVS CALVVS apud BALVZIVM T. II. p. 183. anno DCCCLXIV. ait: *de illis, qui secundum legem Romanam vivunt, nihil aliud, nisi quod in iisdem continetur legibus, definimus.* Pluribus aliis locis idem Princeps legis Romanae mentionem facit. HINC MARVS Remensis siepe etiam meminit legis Romanae et in *Epi-stola ad Regem de coercendo et exsirpando raptu vidua-rum, puellarum ac sanctimonialium Opp.* T. II. p. 225. legem Salicam, Romanam et Gundobadum memorat et p. 237. GREGORIANVM citat.
- 3) **GUNDOBALDV REX** in *Praefatione* ait: inter Romanos vero sicut a parentibus nostris statutum est, Romanis legibus praecepimus iudicari, qui formam et exposi-tionem legum conscriptam, qualiter indicent, se noue-rint accepturos, ut per ignorantiam se nullus excusat. Haec scripta sunt anno DI. itaque errant, qui Gundobal-dum dicunt imitandum sibi proposuisse Alaricum II. cuius codex anno DVI. prodiit.
- 4) Notandum itaque est legem Romanam, cuius in legibus Burgundionum mentio sit, codicem Alaricianum non esse. Quam inepta sit haec virorum etiam doctissimorum senten-

sententia inde patet, quia leges Burgundionum ante iam
confectae fuerunt, quam codex Alaricianus, ut adeo
crassissimus historiae error committatur.

§. 82.

*De tempore, fontibus, vsu et auctoritate opusculi,
quod Papiano tribuitur.*

Quo tempore illa legum Romanarum epitome facta fuerit, quae inscribi solet: PAPIANIRESPONSA, omnino quaeritur, mihi quidem libellus post legum Burgundicarum lationem, sed ante interitum regni Burgundici confessus videtur, id est inde ab anno DI. vsque ad annum DXXXIII. Auctor enim sibi proposuit imitari legem Burgundicam, cuius ordinem omnino, quoad fieri potuit, retinuit, expressitque¹⁾). Sanctionum etiam quarundam meminit, quae Gundobada continentur, quid? quod ipsa interdum legum verba expressit²⁾). Occurrunt adeo quaedam capita ex Additamentis legum Burgundicarum de promta³⁾ neque falli mihi videor, si contenderm, regnante Sigismundo vixisse auctorem. Id enim mihi certissimum videtur post exactos Burgundionum Reges hoc opus confectum non fuisse, quippe auctor omnia ad regnum Burgundicum refert, neque vlla regni Francorum in Burgundia mentio fit⁴⁾.

Ex quibus fontibus hauserit auctor dictu
haud difficile est. Cum enim in istis terris scri-
beret, in quibus iura Theodosiana valebant, his
ipsis in confiendo suo opusculo non potuit

T 4 non

non vti. Codicem enim Alaricianum non fuisse adhibitum, inde colligo, quia nulla interpretationis Gothicæ apparent vestigia, quam certe auctor, si ad manum fuisset ille codex, ex more seculi adhibuisset. Nec per rationes temporum id facile fieri potuit. Codex enim Alaricianus anno DVI. prodiit, itaque verosimile non videtur mox in istas terras penetrasse, praesertim si seculi ignorantiam incuriamque spectaueris⁵).

Quid autem commouerit auctorem, vt libellum hunc scriberet, in tanta testimoniorum penuria vix coniecturis assequi possumus, putaue- rim tamen ideo hunc suscepisse laborem, vt quod promiserat, nec praestiterat Gundobaldus Rex, priuato studio suppleretur, legumque Romanarum epitome secundum seriem legis Burgundicae con- ficeretur, ex qua iudices Burgundici in disceptationibus causiarum iura promere possent⁶). At excidit spe et voto suo auctor. Cum enim paulo post regnum Burgundicum euerteretur, in re- gno Francorum autem iura Theodosiana vale- rent, quae adhuc in regno Burgundico obtinuerant⁷), nulla legum Romanarum innovatio fa-cta fuit, obtinueruntque per Neustriam Burgun- diamque iura Theodosiana, donec ingruente iure Iustinianeo paulatim in desuetudinem abierunt⁸).

5) cf. IAC. GOTFRID *Manuale Iur.* cap. II. §. n. LINDEN- BROG in Proem. *Cod. Leg. Germ.* HEINECCIVS An- tiqu. Germ. T. I. p. 309. qui id iam obseruarunt.

6) PAPIANVS Tit. II. ait: *Dominus noster statuit obser- vari — et — hoc ex praecetto domini regis communis obser-*

obseruari. Evidem Gundobaldum Regem intelligo,
quippe Tit. X. et L. c. 2. eae fere leguntur sanctiones,
quarum epitomator meminit.

- 3) PAPIANVS Tit. XVIII. expressit ex Addit. I. Leg. Burg. Tit. I.
- 4) In margine Parisiensis edit. Tit. II. ad Papianum notatur: *Dominus noster Theodoricus Rex Francorum*, sed hanc notam ab imperita manu esse, inde patet, quia Theodoricus I. ante iam mortuus est, quam regnum Burgundicum Francorum potestati cessit. Nec reliquorum Theodoricorum sanctiones hic quadrant.
- 5) Papianus haufit libellum suum ex tribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano et Theodosiano, ex Caui regulis et Paulii sententiis, ex nouellis quibusdam Theodosii, Valentiniiani, Maioriani, Leonis et Seueri.
- 6) LEX BVRGVND. Tit. LX. c. 1. iubet: *si quis postbac barbarus vel teſlari voluerit vel donare aut Romanam conſuetudinem aut barbaricam eſſe feruandam ſciat.* Ipsi adeo Burgundiones ex lege Romana disceptabant, quod ex Tit. LV. Leg. Burg. aliisque patet. Quare necesse erat, ut iudex etiam Leges Romanas ad manus haberet.
- 7) AMAJNTIVS in Praef. ad Leges Nonellas art. XXIII. quem sequitur CANTIANI, Papiani librum in Franco- rum regno vel Prumiae in ditione Treuirensi, vel Andegaui sub Archiepiscopatu Turonensi obtinuisse ait, idque ex vnis tabulis probare cupit, sed has tabulas ad alium districtum pertinere inque iisdem non quam hic tractamus epitomen, sed codicem Alaricianum eſſe intelligendum §. 80. noti 6. demonstrauimus. CON- RADI παρεγγ. Lib. I. in disputatiuncula cap. V. de Pseudo Papiniano Burgundione p. 98. ait hunc librum in uſum prouincialium, qui lege Romana iudicabantur, ipsius Regis Gundebaldi iuſſu et auspiciis, confeſſum eſſe; sed p. 105. nos tandem, inquit, errore feliciter explicito, illam sine Gundebaldi Regis auspi- ciis sine priuati alicuius auſu congeſtam iuriſ Romano- barbari farraginem auctori suo incerto relinquimus et Pseudo Papinianum cum ſuppoſitia reſponſorum inſcri- ptione valere iubemus. In Praef. tamen παρεγγ. p. XXVII. putat, sine dubio hanc ipsam eſſe formam et

expositionem legum, quam Gundobaldus R. Romanis sibi subiectis promisit. Eandem sententiam amplectitur
BACHIVS Hist. Iur. Rom. Lib. III. c. 4 §. 16.

§) Autorem fuisse Burgundionem ex vniuersa rei et operis historia mihi patere videtur, sed an nomen auctoris fuerit, quod inscriptio prae se fert, quaeritur. Eodem valde dubito. Papianum enim istis temporibus esse Papinianum, Principem iuris consulorum Romanorum ex interpretatione Gothica Codicis Alarici, ex chartis et diplomatis istorum temporum aliquis monumentis intelligitur. Ratio appellationis itaque mihi ex manuscriptis repetenda videtur. Cum enim diuersas leges uno volumine complecti, earumque distinctionem verbo: *incipit*, notare solerent scriptores, id etiam in hoc opere factum est, id quod probavit CONRADI, quem supra laudauimus, indeque nomen huic libello adhaesit, ex quo viri docti fragmenta illa uno volumine saepe comprehensa secernere, propriaque inscriptione edere coeperunt. SCHVLTINGIVS quidem locum, qui occasionem inscriptioni dedit ab illo libro abesse voluit, quod equidem in medio relinquo et tamen contendeo, alias istius tituli origines demonstrari facile non posse.

§. 83.

Historia Iuris Romani in regno Francorum orientali, seu Austria et vniuersa Germania.

In his iquidem, quas hactenus lustrauimus regionibus, sata fuerunt et vi propria valuerunt iura Romana, sed an citra Rhenum obtinuerunt, videamus. Certos fines quibus usus iuriis Romani ad Rhenum definiatur, determinare non audeo, id autem certissimum mihi videtur, in Alemannia et Boioaria, atque in omni Germaniae tractu, qui citra Danubium est, aut parcum aut nullum iuriis Romani usum regnantibus quidem

Ale-

Alemannis et Boioariis fuisse. Quod quidem ex vniuersa historia, testimoniorumq[ue] defectu et ex ipso horum populorum ingenio intelligere mihi videor. Leges Alemannicae et Boioariecae nullibi confirmant iura Romana, id quod supra in legibus Francorum et Ripuariorum vidi-
mus, ideoque patet, nullam in his populis le-
gum Romanarum fuisse auctoritatem¹).

At vero clerici perquam mature iura Romana in istas inuixerunt terras, partim principia eorum et sanctiones legibus patriis inferendo legesque interpolando, partim ipsos legum Romanarum codices et libros cum religione afferendo, ut inde sua et ecclesiarum stabilirent augerentque iura. Ecclesiastiam enim et omnem clerum lege Romana vivere, tralatitium erat. Theodosiana, Alaricia-
na, an Iustinianea in his terris primum obtinuerint iura, quaeri potest. In Italia enim Iustiniani leges ipsis temporibus valuisse, in Gallia autem Alaricianum Codicem et Theodosianum ipsaque veterun iure consistorum scripta obtinuisse, supra vidi-
mus. Evidem Codicis Theodosiani usum in his terris deprehendere mihi visus sum²). Deinde totius historiae ratio haec euincit. Quo enim modo Iustinianea iura trae-
iectis Alpibus in has terras immigrare potuerint, Longobardis mox post Iustinianum Italiam occupantibus, non video, ex Gallia igitur, cum ipso imperio Francorum ius Theodosianum aduenit, quod in regno Austrasiae praecipuam auctorita-
tem

tem obtinuit. Codex enim Alaricianus ipsam Germaniam nunquam vidit, continuit se in interiore Gallia, nec Codex Theodosianus totam Germaniam, sed partes Rheni et Danubii occupauit, Albim certe non vidit.

Itaque, ut fines iuris Romani breui terminentur, in Italia ius antiquum sub Gothis, Iustinianum sub Longobardis, Francis et Germanis valuit, in Hispania Valentiniani III. et Theodosii II. leges obtinuerunt, donec Alariciano codici cedere et locum dare coactae fuerunt, qui ipse etiam ex patria expulsus tutelam habuit in Gallia. Gallia sola receptaculum fuit iuris antiqui, quippe ibidem codex Alaricianus, Theodosianus atque ipsa lCtorum volumina valuerunt, atque inde codex Theodosianus in Germaniam adeo propagatus fuit. Ex quibus quidem intelligitur Germaniam Magnam his temporibus neque armis neque legibus Romanis fuisse subactam.

- 3) SCHOEPFLIN *Alf. Illustr. T. I. p. 805.* *Apud Alsatorem,*
inquit, Romana Lex omnis cum Romano imperio ab Alemannis abolita fuit, quod maxima pars eorum, qui sub Romanis incoluerant tractus, ex quibus Alsatia componitur vel in Germaniam translata vel ferro succubuit.
- 2) *Supra iam loca dedimus legibus Baiuvariorum ex codice Theodosiano inserta.*

CAPUT

CAPUT III.

DE STUDIO IURIS FORMVLISQVE PER
HAEC TEMPORA CONFECTIS, ET DV-
BIIS QVIBVSDAM HVIVS AEVI LE-
GIBVS.

Introductio.

Absoluimus quidem historiam legum anti-
quarum, quam scribere proposuimus, sed restat,
vt breui dicamus de studio iuris legumque sci-
entia formulisque negotiorum, vt de hac ipsa re
iudicare valeamus, deinde ambiguas quasdam
constitutiones ad hoc aeuum referri solitas in-
dicabimus.

I. DE IURIS PRUDENTIA ANTIQVA
FORMVLISQVE NEGOTIORVM.

§. 83.

De clericis et monachis iuris studiosis.

Nobilissima historiae iuris Romani portio in
eo versatur, vt intelligamus operam studiumque
eorum virorum, qui iura fundarunt, scientiam
iuris artemque excoluerunt. Sterilis enim et
manca est iuris Romani historia, quae in solis
legibus auctoritate publica latis verlatur. Mihi
enim ii cognoscendi viri videntur, quorum inge-
niis exulta fuit iuris scientia, Praetores puto,
qui edicto honorarioque iure aequitatem, pruden-
tes, qui artem, veritatem philosophicam, tamen
simul subtilitatem scientiae iuris intulerunt.

Gér-


 Germanorum iurisprudentia Labeones, Sabinos, Scaeuelas, Africanos, Papinianos, Paullos, Vlpianos, Modestinos nacta non fuit, ideoque a barbarie ad cultiorem formam non prodidit. Scientias enim et artes tractare nobilitati veterum Germanorum datum non erat, rustici autem pauperie et pigratie oppressi, spiritum ducre amabant. Clerici soli fere litteras tractabant, non ut studium promouerent populosque erudirent, id quod ab ingenio istius seculi plane alienum est, sed ut ecclesiae prodesse et regnare valerent. Legum itaque studium a clericis etiam tractatum fuit, ut per haec tempora in monasteriis persugium haberet simulque latret iurisprudentia. Potuisse omnino clericorum ordo magni aliquid conari in legitima scientia, si otio et litteris vti voluisse, quippe simul rempublicam tractabat, sed infelix seculum omnem litterarum florem extinxit, ut non posset non etiam iurisprudentia eandem experiri calamitatem.

Clerici operam dabant iuri Canonico, ut iura ecclesiarum tueri et protegere simulque augere valerent, canones autem conciliorum soli ista tempestate prodesse non poterant, studium legum ciuilium simul adhibendum erat, ideoque codices ad manum habere solebant clerici, ut inde legum ciuilium scientiam sibi compararent. At vero cum omne studium tumultuarium esset, nihil magni tentari potuit, omniaque ad usum quotidianum et necessarium referebantur¹⁾.

Itaque

Itaque utilitas et necessitas suadere videbatur, vt clerici in negotiis etiam ciuilibus adhiberentur, tam vt iura suppeditarent, quae ignorabant alii, quam vt gesta et acta conscriberent, quo quidem effectum fuit, vt regimen negotiorum clericis fere cederet, quo iure adhuc subinde vtuntur. In legibus scribendis opera eorum in primis conspicua fuit, quae inde ad ecclesiam fere inclinant, ex bibliis sacris atque patribus ecclesiae, decretisque conciliorum saepius depromuntur. Quid? quod ipsa cura actorum et monumentorum publicorum his ipsis demandata fuit, vt monasteriorum et ecclesiarum scrinia, ipsarum ciuitatum archiuia fierent.

- 3) Multis exemplis doceri potest clerum fuisse iuris studiosum. GREGORIVS THAVMATVRGV^S Episcopus Neo Cae sariensis consilio rhetoris cuiusdam se legibus operam dedisse ait in *Panegyrico ad Originem* et a magistro accepisse μέντον ἐφόδιον τῶν μάθησιν τῶν νόμων fore. Itaque SOCRATES Lib. IV. c. 22. eum iuris legumque Romanarum peritum celebrat; pluresque alias hac laude claros DADINVS Lib. III. c. V. p. 102. STRAV CHIVS Amoenit. Iur. Can. Ecl. IV. c. 3. memorat; pluribus etiam de hoc clericorum studio disputauit WEST PHALENIVS in *Praefatione Monumentis Cimbricis praemissa*.

§. 84.

De formulis, formulariae huius aei iuris prudentia.

Opera clericorum iurisque prudentum in componendis formulis occupata fuit, tam, vt vi tae ciuili consuleretur, quam vt iudiciorum re catura

ctura adiuuaretur. Duplex igitur formularum genus deprehendimus, vnum quidem ad negotia ciuium pertinet, praesertim ad donationes et vltimas voluntates, vt ne quis in his rebus ecclesiae valde vtilibus erret; alterum autem ad iudicialia negotia spectat, cauasque in foro tractandas. Componi solebant hae formulae ex iure cuiusuis prouinciae ideoque intelligere possumus, quae iura in quois regno valuerint. Formularii fere omnes iuri Romano adhaerent, idque principatum obtinet, subiungunt consuetudines terrae seu leges Germanorum, ita tamen vt prout ipsis aequum atque vtile videtur, contra mores patrios singulare iuris Romani capita introducant, aut accommodando ius Romanum aut noua iura in regnis Germanorum constituend. Atque inde connubium, aut si placet, mixtura vtriusque iuris ab antiquissimis temporibus ad nostram vsque memoriam manauit, vt ii, qui ius patrium a Romano iure secernere et plane abscondere volunt aut ignorantiam prodere, aut nimium iuris patrii morisque maiorum amorem pae se ferre videantur.

Itaque formularum interpretem vtriusque iuris peritum esse oportet atque talis demum vtilitatem ex iisdem in iure patro illustrando percipere poterit. In id tamen in primis inquirendum est, qualē vim in effingendis et mutandis iuribus patriis habuerunt. Inter formulas autem eminent Formulae Andegauenses, regnante Chil
derico

debero I. anno DXV. factae ¹⁾) formulae Marculfi monachi ex seculo VII. superstites, cum appendice recentiore regnante Carolo A. I. confecta ²⁾; formulae Sirmondicae siue formulae veteres secundum legem Romanam etiam memorabiles sunt ³⁾; formulae Bignonianae ⁴⁾ formulae Lindenbrogianae ⁵⁾ formulae Baluzianae ⁶⁾ formulae Alsaticae ⁷⁾, formulae Alemannicae ⁸⁾, formulae rituales ⁹⁾, formulae Longobardicae ¹⁰⁾, sed plures aliae addi possunt in operibus virorum doctorum dispersae, quas tamen a loco nostro alienas lubens praetereo ¹¹⁾.

Istas formulas expressit fere necessitas et ignorantia temporum, summamque produnt barbariem, multiplicem tamen usum praestant, ideoque rerum Germanicarum studiosum istas legere oportet. Ipsa iuris Romani historia multum luminis inde capit, atque sic demum intelligitur, quo modo fieri potuerit, ut iura Romana totum fere christianum orbem occuparent.

- 1) Exstant apud MABILLONIVM *Analect. T. IV. p. 234. seqq.*
et in *Appendice operis; de re diplomatica*, easdem edidit nuper CANCIANI *Legum Barb. Vol. III.*

Actas harum formularum facile definiri potest. Formula I. anni IV. Childeberti Regis meminit, porro formula XXXIII. eundem annum prae se fert. Evidem Childebertum I. Clodouei M. filium, qui portionem regni in Neustria habuit, intelligo. Canciani quidem Childebertum III. etiam intelligi posse ait, mihi autem id non placet. Rationes ex historia Francica patent. Has formulas ad tractum Andegauensem pertinere supra diximus.

- 2) MARCVLFI *formulas exhibet optime*

BALVZIVS *Capitularium T. II. p. 370—434.* in duos libros distinctas, sequitur: *Appendix formularum Marculfii sive formulae veteres incerti auctoris p. 434—467.* Easdem exhibet CANCIANI *Barb. Leg. Vol. II. p. 177. seqq.*

BIGNONIVS *in praefatione his formulis praefixa ex epistola auctoris Landerico Papae inscripta, colligit has formulas circa annum DCLX. fuisse consecutas in doocepsi Parisiensi, quam equidem sententiam veram puto.*

Illa formularum appendix regnante Carolo facta fuit. *Formula XI.* ita finit: *acēum fuit hoc sub die memorato Kl. Iunii in anno VIII. Christo proprio Imperii Domini Karoli serenissimi Augus̄tū et anno (XLIII.) regni eius in Francia atque XXXV. in Italia iudicione prima.* Formula XII. litteras commendatitias continet Magnoni Archiepiscopo Senonensi scriptas, qui regnante Carolo A. vixit, notasque iuris collegit, quas Carolo M. dicit, praefixis his versiculis:

Haec iuris eneis libens Rex accipe Carle.

Offert deuotus, quae tibi Magno tuus.

BIGNONII *notas id Marculfum exhibet BALVZIVS T. II. p. 862.* Canciani Vol. II. p. 177.

- 3) Exstant apud BALVZIVM T. II. p. 467. et cum notis BIGNONII apud CANCIANI Vol. III. p. 434. Auctorem intraclu Turonensi vixisse et praeccipuam iuris Romani rationem habuisse, ex ipsis formulis patet, de auctore ipso et tempore certum quid definire non audeo, id tamen monendum, vixisse post Codicem Alaricianum, quippe adeo verba interpretationis Gothicæ exscriptis.
- 4) Apud BALVZIVM T. II. p. 495. et CANCIANI Vol. II. p. 296. sunt variae formulae incerti auctoris, quas pri mū edidit BIGNONIVS.
- 5) Apud BALVZIVM T. II. p. 510. et CANCIANI Vol. III. p. 452.
- 6) Apud BALVZIVM T. II. p. 558. et CANCIANI Vol. III. p. 452.
- 7) Apud ECCARDVM ad Leg. Sal. p. 732. et CANCIANI Vol. II. p. 401.
- 8) Apud GOLDASTIVM T. II. SS. Rer. Alemann P. I. p. 300. et CANCIANI Vol. II. p. 414.

9) His

- 9) His formulis continetur: *Ordo probandi homines de crimine suspectos per ignitos vomeres, candens ferrum, aquam feruentem vel frigidam olim usitatus; apud CANCIANI Vol. II. p. 453.* ex codice manuscripto monasterii Wesso-brunensis in Bauaria.
- 10) Apud MVRATORIVM SS. Rer. Ital. T. II. P. II. alios que legum Longobardicarum editores, et nouissime apud CANCIANI Vol. I. qui p. 277. ex MVRATORIU Anecd. T. II. adiunxit formulas rituales seu liturgiam ferme ante sexcentos annos in Mediolanensi Imperatoris Henrici coronatione usurpatas, et p. 282. preces ritusque in purgatione vulgari adhibitos. In primis autem Vol. II. p. 459. exstant: formulae antiquae in usum regni Italici ex manuscripto codice bibliothecae S. Eusemiae Veronensis, nunc primum editae cura et studio D. Lucii Dolleanii Canonici Bellunensis, qui epistolam praemisit; de codice Legum Longobardicas una bibliothecae Eusemianae Veronensis, ex quo illas formulas expreflit.
- 11) Memorandum est: *Liber diurnus Pontificum Romanorum, ex antiquissimo codice manuscripto a Ioanne Garnerio editus Parisis 1680.* Haec est prima huius libri editio, MABILLONIVS P. II. Musaei Italici T. I. p. 32. supplementum edidit; omnium autem operam superauit HOFFMANNVS Monument. T. II. (Lip. 1733) qui in eunte seculo VIII. hunc librum factum fuisse suscipitur. Noua editio Viennae an. 1762. prodiisse fertur, quae mibi in manus non venit, uberiorem notitiam suppeditat BE-RARDVS P. III. cap. XXXIX, p. 44.

§. 85.

De constitutionibus quibusdam dubiis, in primis de constitutione Caroli Crassi, de expeditione Romana.

Ex quo Germania cum Italia iuncta fuit; Imperatores saepius Italiam cum exercitu petere oportuit, tam ut ipsum regnum imperiumque vindicarent, quam coronam Romanam obtine-

V 2 rent,

rent, quae ex moribus seculi ad plenissimum imperium necessaria videbatur. Indictiones bellicas huius rei ergo factas fuisse, certissimum est. Reges ex stirpe Carolingorum bellicam indictionem a Carolo M. in primis constitutam fecuti fuerunt, subditorumque erat et vassallorum militare, sed cum iter Italicum cum forti manu suscipiendum esset, necessarium visum fuit singulari aliqua lege expeditionem Italicae ordinare, quae hodieque exstat.

Itaque constitutio de expeditione Romana consensu Procerum utriusque ordinis in comitiis Wormatiensibus facta, formam definit et iura, expeditionis Italicae, sed an genuina sit? et quis eam dederit? ambiguum est. Totam illam legem esse fictam et ex cerebro otiosi monachi natam non puto, quippe nulla exstat imposturae fraudis causa et gratia; e contrario per medium aequum agnita et obseruata fuit. Existimo itaque esse antiquissimam hanc legem primumque eius auctorem fuisse Carolum Crassum, quippe qui non solum Italiam fortiter vindicauit famaque Romanorum Pontificum reprimere studuit, ut adeo causa huius legis ferendae eo regnante exstaret, sed pleraque etiam in ipsa lege commemorata in eius aetatem concurrunt, ut aut huic Principi vindicanda aut plane explenda videatur¹). Qui enim aliis Principibus vindicant, ita detruncare legem solent, ut, si talis admittatur potestas effingendi et efformandi tabulas, nulla charta firmo stare possit tali.

Ipsa

Ipsa autem lex corrupta fuit dupliciter. Primum ex negligentia et ignorantia scriptorum, vnde falsam et corruptam temporum rationem repetierim; deinde nelcio quis medio aeuo inepite sapiens emendauit legem atque ad sua tempora accommodauit, ex quo factum est, ut discrepantia temporibus iuris iungerentur. Difficile quidem est discernere, quid genuinum et suppositum sit, notatu tamen sunt dignae tabulae ideoque eas in appendice subiungere placet²⁾.

Exstant quaedam constitutiones Ludouici Balbi, Arnulfi et Ludouici Infantis³⁾ de quibus tamen quicquam certi affirmare non audeo.

- 1) Benedictini e congregatione S. Mauri in *Opere Diplomatico T. VI.* §. 608. hanc legem etiam CAROLO GRASSO vindicant.
- 2) De hac lege optime meritus est GEBÄVERVS, qui SCHILTERI *Institut. Iur. Feud.* (*Lipf.* 1728. nouissime 1750 8uo.) adiunxit: *Constitutionem Karoli III. Crassi Imp. vel Conradi II. Salici Imp. de expeditione Romana cum Mārqu. Freberi et aliorum notis, accedit Ludouici Cantarelli Fabri de eadem commentatio; spicilegium* quidem post messlem supereft, sed propriam de vna lege eaque incerta et dubia commentationem scribere, meum non est: SENKENBERGIVS *Prodr. Iur. Feud. cap. IV. §. 2. Prim. Lin. Iur. Feud. §. 71.* hanc legem ab homine historiarum imperito Ottonis IV. tempore conficiam credidit, quia in campis Roncalicis confecta fertur, neque eius ius feudale Longobardicum meminit. Sed vt hoc breui addam, campi Roncalici iam apud Francos memorantur et memini supra locum excitare ex quo id patet, id autem vetustatis argumentum est, quod iuris Longobardici auctor eius non meminit. Praeter editiones a GEBÄVERO notatas, memoranda est, quam SENKENBERGIVS *Corp. Iur. Feud. p. 710. num. XLII. et Monument. Boic. T. II. p. 372.* ex propriis manuscriptis dederat

dederunt. Editores in nota p. 374. subiecta manuscriptum istarum tabularum ad annum MCXC. referendum censem, easque tabulas a Velsorianis, Hoffmannianis et Senkenbergianis disserre contendunt. Tabulas ex Senkenbergio huic opere adiungere placuit.

3) Sunt apud GOLDASTVM *Conſt. Imp. T. I.* p. 207. et p. 210.
T. III. p. 296. p. 300.

§. 86.

Iudicium de vniuersa huius temporis legum morumque ratione.

Emensi itaque sumus plurium seculorum leges, atque in vniuersum nunc obſeruare licet, iura maiorum nostrorum ex indeole gentis, vt primae omnium gentium leges, fuisse hausta atque expressa, quanquauam naturam ducem non vbiique fecuti sunt. Cum tamen indeoles germanorum per ſe bona erat, bonum etiam legum patriarchum fundamentum fuit, eandemque ipſis laudem scribi posse puto, quam Cicero legibus XII. tabularum tribuit, licet neque has neque illas ab omni labe vitioue puras praedicauerim. Cognoscimus enim populos naturali pudore, iusti iniustique sensu praeditos ingenioque ad humanitatem apto, modo naturalis ferocia et audacia inter filias et venationes, bella et raptus nutrita mitigetur et fortitudo ad ciuitatem virtutemque accommodetur.

Prima gentis cultura per illas leges omnino coepit, sed optabile fuisset, vt ingenium populi iam excitatum ab alia gente excultum artesque et ciuitatem edoctum fuisset, nac iam ante mul-

ta

ta secula Germanas gentes omnibus aliis longe antecellere oportuisset, sed maiores nostri, proprius an irato numine non dixerim, sacerdotes naucti fuerunt, qui ipsos humanitatem religionemque docerent, qui autem naturalem rationem corrumpendo et obtundendo, insanientem auaramque religionem inculcando, indolem Germanorum fere corruerunt. Quae enim a natura insita virtus fuerat, pedibus conculcabatur, quam religionem docebant, ad sanam rationem accommodata non erat, ideoque sine natura aut religione duce fortitudo in rapinam et omne nefas erupit, praesertim cum auaritia et libido cleri viam praeiret.

Leges sine quibus populi cultura stabilis esse nequit, ad religionem et ciuitatem quidem accommodari coeperunt, sed exoptatum nec haec res habuit euentum. Quae enim ad religionem spectabant a natura hominis ciuitatisque salute saepe aliena erant, et quas regulas forte sacerdotum ineptientium confessus definuerat, aut supersticio suaserat, placuit Principibus repetere, ut omnia fere corrumperentur et in perniciem ciuitatis verterentur. Leges ciuiles, tam publicae, quam priuatae omnino meliores et ad ciuitatem ex ingenio horum populorum regendam aptiores erant, in hoc enim genere supersticio atque calliditas temporis ac cleri tantam vim non habuit. Ius publicum quidem non satis adstringens tenuit potentes ciues et magistratus, se haec ipsa est Germanorum indoles ac natura, ut malint

imbellem Regem potentemque populum et or-
dines, quam potentem Regem, imbellemque
populum ordinumque simulacra habere.

Sed haec et plura alia doctioribus harumque
rerum peritioribus animaduertenda trado, con-
tentus hanc primam historiaci iuris legum que Ger-
manicarum partem absoluiss; tabulas quasdam
adiungo ex vniuerso hoc spatio temporis maxime
meniorabiles, ut iuvenes harum rerum studiosi
veluti in rem praesentem ducantur, in quo ta-
men genere digitum intendisse suffecerit.

APPEN-

APPENDIX

MONVMNTORVM AD SINGVLARIA QVAEDAM HV-
IVS HISTORIAE CAPITA ILLVSTRANDA
PERTINENTIVM.

I.

*Senatusconsultum Romanum de lege Regia,
qua a Papa Senatu Populoque Romano
ius omne et potestas Carolo M. et in eum
confertur; item de electione Romani Pon-
tificis et inuestituris Episcoporum Romae
anno DCCLXXIII. 1).*

Romae constituta est sancta synodus a B. Hadriano Papa in Patriarchio ²⁾ Lateranensi, videlicet in ecclesia S. Salvatoris, quae reuerendissime celebrata est a centum et quinquaginta tribus viris religiosis, Episcopis et Abbatibus Iudicibus etiam et legis Doctoribus ab uniuersis regionibus et ordinibus huius aliae vrbis, a cuncto etiam clero huius sanctae Romanae ecclesiae, ex quirentibus usus, leges et mores eiusdem ecclesiae et imperii, quemadmodum etiam hereses et seditiones aboleri possent de Apostolica sede et dignitate Patriciatus et Romano Imperio ex quibus omnibus nimius error crescebat in uniuerso orbe. Populus itaque Romanus legem condebat more solito, sed difficile erat pro unoquoque negotio totiens in unum congregari, unde sua in ³⁾ ius et potestatem Imperatori concederunt, quemadmodum legitur. Populus itaque Romanus concessit

ei⁴) et in eum transtulit omne ius suum et potestatem⁵).

Ad eorum quoque exemplum praefatus Adrianus Papa cum omni clero et populo ac vniuersa sancta synodo concessit Carolo Augusto omne suum ius et potestatem eligendi summum Pontificem et ordinandi Apostolicam sedem dignitatemque Patriciatus⁶) insuper Archiepiscopos et Episcopos per singulas prouincias ab eo accipere inuestituras dissinuit, posthaec vero consecrationem accipient, unde pertinet⁷), unde tamen⁸) abolita sit veterum scientia⁹) moresque in posterum, quatenus nemo per cognitionem vel amicitiam aut per pecuniarum acceptiōnem sibi eligat Episcopum, sed soli Regi Romanorum huiusmodi reuerentiae tribuatur facultas. Verumtamen si ab vniuerso clero et cuncto populo aliqua praesumptione et religionis causa eligatur Episcopus, nisi a Rege laudetur et inuestiatur, a nemine consecrator.

Ex hoc prolati sententiis, ab vniuersis qui in hac sancta synodo congregati fuerunt, in nomine sanctae trinitatis Adrianus Papa pro omnibus hoc concessit, laudauit et affirmando constituit. Ad hoc etiam totum roborandum decrevit, vt si quis post haec contra hanc sanctam synodus temerator repertus fuerit, siue contra hoc totum, quod praedictimus, repugnauerit, cuiuscunque sit gradus, ordinis vel officii aut dignitatis vel generis sciat se in iram beati Petri Principis Apostolorum et omnium sanctorum et praedecefforum

*rum nostrorum casurum et anathematis vinculo
damnatum perpetualiter victurum, excommunicationem
quoque vniuersalis ecclesiae et cuncti populi
christiani incursurum. Insuper nisi a malo
resipuerit, irreuocabili exilio prematur vel ultimis
suppliciis feriatur et bona eius publicentur. Qui
vero pio intuitu custos horum et obseruator in
omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitam
que aeternam a Deo cum omnibus sanctis suis sine
fine habere mereatur in secula seculorum. Amen.*

- 1) Extraxit hoc documentum ex vetustissimo libro Florentino Theodoricus a Niem Episc. Verd. et Cameracensis ac Protonotarius Apostolicus, et scholiis illustravit anno MCCCCXIII. Lectionem attuli Goldastinam T. vno Conſt. Imp. p. 16. et 17. editam.
- 2) SCHARDIVS: *in palatio.*
- 3) SCHARDIVS: *sententiam, ius et potestatem; SCHILTERVS Inst. Iur. Publ. P. II. p. 6. emendat: sententia sua ius et cet.*
- (4) SCHARD. *Augusto.*
- 5) THEODORICVS A NIEM hoc subiunxit scholium: *Nota qualiter Hadrianus Papa cum clero et populo et vniuersa sancta synodo, concessit eidem Carolo Regi ius eligendi summum Pontificem, vt habetur LXIII Dist. Adrianus. Et illud priuilegium renouatur et confirmatur per Papam, et Cardinales et Populum Romanum ac generale concilium in personam Ottonis I. Magni Augusti suosque successores in Romano Imperio in perpetuum, vt sequitur inferius,*
- 6) SCHARD. *Principatus.*
- 7) SCHARD. *Pertinent ipse GOLDASTVS in prima editione Conſt. Imp. T. I. p. 1.*
- 8) SCHARD. *et ita.*
- 9) SCHARD. *sententia.*

II. Lu-

II.

*Ludouici II. et Karoli Regum Augustorum com
positio pro tuenda regnorum Germaniae et
Galliae contra usurpationem et oppressionem
Lotharii Imperatoris Romanorum facta in
comitiis Argentinensibus an. DCCCXXXII.*

*Anno dominicae incarnationis DCCCILII.
Kalend. Martii Lodhuicus et Carolus in ci-
vitate, quae olim Argentaria vocabatur,
nunc autem strasburg vulgo dicitur, conuene-
runt, et sacramento, quae subter notata
sunt, Hludouicus Romana Karolus vero Teu-
disca lingua iurauerunt. Ac sic ante sacra-
menta circumfusam plebem, alter Teudisca
alter Romana allocuti sunt. Hlodouicus au-
tem, quia maior natu prior exorsus sic
coepit:*

*Quotiens Lodharius me et hunc fratrem
meum post obitum patris nostri insectando
vsque ad internacionem delere conatus sit,
nostis, cum autem nec fraternitas, nec chri-
stianitas, nec quodlibet ingenium salua iu-
stitia, vt pax inter nos esset, adiuuare pos-
set, tandem coacti rem ad iudicium omnipo-
tentis Dei detulimus, vt suo nutu, quid cui-
que deberetur contenti essemus. In quo nos,
sicut nostis, per misericordiam Dei victo-
res exitimus. Is autem victus una cum
suis quo valuit secessit. Hinc vero fraterno
amore*

amore correpti, nec non et super populum christianum compassi, persequi atque delere illos noluimus, sed hacenus sicut et antea ut saltim deinde cuique sua iustitia cederetur, mandauiimus. At ille posthac non contentus iudicio diuino, sed hostili animo iterum et me et hunc fratrem meum persequi non cesset. Insuper et populum nostrum incendiis, rapinis caedibusque deuastat. Quamobrem nunc necessitate coacti conuenimus. Et quoniam vos de nostra stabili fide ac firma fraternitate dubitare credimus, hoc sacramentum inter nos in conspectu vestro iurare decreuimus. Non qualibet iniqua cupiditate illecti hoc agimus, sed ut certiores, si Deus nobis vestro adiutorio quietem dederit, de communi profectu simus. Si autem, quod absit, sacramentum, quod fratri meo iurauero, violare praesumfero, ab subditione mea, nec non et a iuramento, quod mibi iurassis, vnumquemque vestrum absoluo¹⁾.

Cumque Karolus haec eadem verba Romana lingua perorasset Ludhouicus, quoniam maior natu erat prior haec deinde se seruaturum testatus est:

Pro Don²⁾ Amur et pro Christian Poblo,
et nostro commun saluament³⁾, dist di en
auant⁴⁾ in quant Deus⁵⁾ sauir et potir⁶⁾
me dunat, si saluarai eo⁷⁾ cest⁸⁾ meon fra-
dra⁹⁾ Karlo et in adiudba et in cadhuna co-
sa, si cum Hom¹⁰⁾ per dreit son fradra¹¹⁾
saluar dist, ino quid¹²⁾ il imi¹³⁾ altre si fa-
ret

ret¹⁴⁾ et ab Ludher nul plaid nunquam¹⁵⁾ preindrai, qui meon vol, cist meon fradre¹⁶⁾ in damno sit.

Quod cum Ludouicus explesset, Karolus Teudisca lingua sic haec eadem verba testatus est:

In Godes Minna ind durh tes¹⁷⁾ Xristanes folches, ind unser bedbero gehaltnisse¹⁸⁾, son thesemo Dage¹⁹⁾ framordes²⁰⁾, so fram so mir Got gewizzzei²¹⁾ indi mabd furgibit, so bald ih tisan²²⁾ minan bruodher²³⁾ - - - - safo man mit rehtum²⁴⁾ sinam bruher scal - - - - intioi vthaz er mig so sin²⁵⁾ Madh indi mit²⁶⁾ Lutherem²⁷⁾ inno thinni Ding ne gegango²⁸⁾ zhe minam²⁹⁾ willon, imo - - - - ce scadhen³⁰⁾ werben.

Sacramentum autem, quod virorumque populus, quique propria lingua testatus est, Romana lingua sic se habet:

Si Loduvigs sacrament³¹⁾ que son fratre Karlo iurat, conseruat, et Karlus meo³²⁾ sendra de suo part non los tenet³³⁾ si io returnar non lint³⁴⁾ pois, ne io, ne neuls³⁵⁾ cui eo returnar nit pois, in nulla adiudha³⁶⁾ contra Loduwig nun li iver.

Tendisca auten lingua:

Oba Karl then eid, then er Sinemo³⁷⁾ broudher Luduwige gesuor, geleisit³⁸⁾ in di³⁹⁾ Luduwig min herro, then er imo gesuor,

*gesuor, forbribchit⁴⁰⁾ ob ib ina⁴¹⁾ nes ar-
wenndenne⁴²⁾ mag, nob ib, no thero theni-
hes⁴³⁾ irwenden mag, imo ce follus⁴⁴⁾ tine
widhar Karle wirdbit⁴⁵⁾.*

- 1) Expressi haec ex **GOLDASTO** Tom. vn. Conf. Imp. p. 190.
et 191. quem non Baluzius solum, sed plures alii secuti sunt. Ipsas iuramentorum formulas cum variis lectionibus ex Schoepfniio Alf. Illustr. T. I. p. 811. hauſi, qui simul notat formulas a Pithoeo, Chesnio atque Frehero editas differere. Bouquetus in noua scriptorum Francicorum editione Chesnium fecutus est, Schoepfnius Freherianam formulam adoptauit, quae in quibusdam a Goldastina discrepat, quae quidem omnia infra notabimus.
- 2) **CHESN.** Deo.
- 3) IDEM. Saluamento.
- 4) IDEM. in auant.
- 5) **PITHOEVS:** des.
- 6) IDEM et **CHESN.** podir.
- 7) IDEM. Saluarcio.
- 8) PITH. et **CHESN.** cift.
- 9) IDEM. Fradre.
- 10) IDEM. Om.
- 11) **CHESN.** Fradre, PITH. Frada.
- 12) **CHESN.** in o quid, forte legendum *ime*.
- 13) PITH. et **CHESN.** mi.
- 14) IDEM. facet.
- 15) **CHESN.** nunquam.
- 16) **GOLD.** Karle.

17) PITH.

- 17) PITH. et CHESN. induithes, alii corruptius: indinthes
 18) IDEM. Gealtnisi alii, corruptius gealtius.
 19) CHESN. male *thesenioda* ge.
 20) PITH. Frammordeſſo; CHESN. frammor deſſo.
 21) PITH. et CHESN. geuuiz ei.
 22) PITH. ihtis an, CHESN. ither an.
 23) PITH. bruher. Verba ſequentia in codice Pithocano
 defuerunt.
 24) GOLD. rehtu.
 25) PITH. Zermigſoſo. GOLD. Inthiu thaz er mig ſoſo
 maduo.
 26) IDEM. indimit, CHESN. in dimid.
 27) CHESN. Luheren.
 28) PITH. in nothe in mit hing nege gango, CHESN. in
 nothe in mit hing nege gango.
 29) PITH. theminam CHESN. zheminam.
 30) CHESN ccs cadhem.
 31) PITH. et CHFSN. Sagrament.
 32) IDEM. meos.
 33) CHESN. lo ſtanit, GOLD. los tanit.
 34) SCOEFFLIN notat: Librarius lint forte pofuit pro lim,
 illum.
 35) CHESN. veuls.
 36) PITH. et CHESN. aiudha.
 37) PITH. Sineno. CHESN. Sine no.
 38) CHESN. gele iftit.
 39) IDEM. ind.
 40) IDEM. forbrih chit.
 41) IDEM. obi hina.
 42) IDEM. iou ven denne.
 43) GOLD. thein hes.
 44) CHESN. folus.
 45) GOLD. follufi widhar Karle ne wirdhit.

III. Con-

III.

Constitutio de expeditione Romana.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis.
 Karolus diuina fauente gratia Rex Francorum
 et Romanorum. Si praedeceſſorum noſtrorum
 morem ſequimur, non ſolum praefentibus, ſed et
 ſuccedentibus ſubuenire uitimur. Hac de cauſa
 vniuersorum cognoscat experientia, qualiter
 dum pro noſtra conſecratione corona eque percep-
 tione proficisciendi tempus ad Apoſtolicam ſedem
 inſtaret, cum quam multis Principibus annum
 Wormatiae tranſegimus ibique omnem reipublicae
 ſtatutum utilem et honestum conſirmare, nocium
 atque contrarium radicitus extirpare decreui-
 mus. Interim dum haec agerentur caſu contigit
 Principes cum militibus de Romana expeditione,
 quae tunc inſtabat, acerbe contendere, conſtrin-
 gentes eos multo plures halaspergas de benefiis
 ſuis ducere, quam illi fatebantur ſe poſſe vel iure
 debere. Sed quoniam hoc non ab aliquo anteceſſorum
 noſtrorum terminatum fuerat, duximus dignum ut
 eorum altercationi finem et modum imponeremus
 atque decretum et certam aliquam legem ſuper
 omni Romana expeditione concederemus. Statui-
 mus ergo et decreuimus cum conſenſu tam ſpiri-
 tualium, quam ſecularium Principum ibidem no-
 biscum affidentium quando pro corona noſtra vel
 aliqua regni uilitate aut honore Romana expe-
 ditio a nobis vel a ſuccedentibus noſtris praepare-
 tur, ad omnium nobis cum euntium praeparatio-*

*nem annus cum sex hebdomadibus pro induciis de-
tur et taliter per totum regnum fidelibus nostris
indicetur: Cuicunque autem secundum hanc le-
gem eadem expeditio imperetur, si ad curiam
Gallorum hoc est in campum, qui vulgo Rungalle
dicitur, dominum suum non comitetur, et ibi
cum militari apparatu non repraesentetur, feodo
praeter hos, qui cum gratia dominorum suorum
remanerint, in conspectu nostro absque spe recu-
perationis priuetur. Qui autem per hominum
sive liberi sive famuli dominis suis adhaeserint,
quot decem mansos in beneficio possideant, tot bru-
nias cum duabus scutariis ducant, ita tamen, ut pro
Halsperga tres marchas et pro singulis scutariis
singulas marcas accipient, et sic eundo et redeundo
cum hoc stipendio sine omni dominorum damno vel ex-
pensa, nisi quantum ipsis dominis placuerit, fideliter
seruant. Si autem forte, quod absit, accidat,
ut iidem milites diuersos dominos propter diuersa
beneficia acquirant, ne aliquod beneficium inde-
bitum vel sine seruilio remaneat, singuli singula
debita singulis dominis persoluant; videlicet quantu-
m ab ipsis, si irent accepturi erant, tantum
se datus cognoscant, vel in praefato loco, (ut
dictum est) feodium amittant, nisi aliqui a nobis
vel a regno sint in beneficiati, hi si nobiscum
vadant, nolumus ut feodium amittant, sed stipen-
dia, nisi voluntate dominorum, non praetermittant.
Similiter de ecclesiarum filiis vel domesticis id est
ministerialibus vel quorumcunque Principum cli-
entela, qui quotidie ad seruendum parati esse
debent,*

debent, statuimus, ut quicunque quinque mansos in beneficio possideant, domino suo, ad quem pertinent, bruniam vna cum scutario ducant. Et hoc in arbitrio dominorum pendeat, quos ducant, a quibus stipendia accipient, quibus etiam bal- spergas concedant. Ipsiis etiam ad itineris prae- parationem sex librae suae monetae in stipendum tribuantur, et duo equi, unus currens, alter am- bulans addantur, ac duobus sociis soumarius victua- libus bene oneratus committatur, qui ab ipsis ad opus Dominorum diligenter custodiatur. Ipsi quoque in Dominorum tandem vivant procuratione, quamdiu in incepta vadant expeditione, et quid- quid a rebellibus regni pugnando acquisierint, partes duas ad dominos deferant, tertiam sibi pro consolatione retineant. Quos autem non pascunt Domini, ad ipsos reportent tertiam partem sui acquisiti. Singuli vero Principes suos habeant officionarios speciales, Marsalcum, Dapiferum, Pincernam et Kamerarium. Qui quatuor quan- to plus sunt laboraturi, tanto plus in stipendio, in vestitu, in equitatu praeceteris sunt hono- randi, scilicet unicuique istorum decem librae cum tribus equis tribuantur, quartus Marscalco ad- datur, quorum unum ad praecurrentum, alte- rum ad pugnandum, tertium ad spatiandum, quartum ad loricam portandum. Ipsi vero tales remanere cupientes, si apud Dominos impetrare valeant, quot mansos possideant tot libras suae monetae vel totum fructum feudi in illo anno pro stipendio persolvant. Ut autem nostrum impe- rium


 rium ab omnibus habeat supplementum, hoc con-
 stituimus et firmiter praecipimus, vt singuli
 buringi decem cum duodecim funibus de canopo so-
 lidos Dominis suis impendant, et insuper sou-
 marium cum capistro concedant quem si Domini
 voluerint ipsi ad primam naualem aquam usque
 perducant. Mansionarius quinque solidos, Ab-
 sarius triginta denarios, Bunarius quindecim;
 quorumlibet larium possessores sex suppleant.
 Et ut haec nostri decreti auctoritas inuiolabilem
 in Dei nomine apud omnes successores nostros
 obtineat emunitatem, cunctis Principibus qui
 aderant ad stipulantibus, manu propria subter
 eam roborare decreuimus et annuli nostri signo
 assignari iussimus. Signum Karoli Gloriosissi-
 mi Regis. Hernustus Nota- K o S rius ad vi-
 L


cem Lutwardi Cancellarii recognoui. Data VIII.
 Idus Iunii Anno ab Incarnatione Domini nostri
 Iesu Christi DCCXC. Regni autem nostri anno
 consecrationis XXII. Actum Wormatiae feli-
 citer. Amen.



6578



B.I.G.



V

COMMENTARI^I

DE
ORIGINE ET PROGRESSV LEGVM
IVRIVMQVE GERMANICORVM

PARS I.

LEGES ET IVRA POPVLORVM

TEVTONICORVM ANTIQVA

JURISTISC^{OS} COMPLECTENS.
SEMINAR
HALLE a. d. S.

*Aus der Bibliothek
Alfred Boretius.*

QVOS EX IPSIS FONTIBVS HAVSTOS IN VSUM
STUDIOSAE IVVENTVTIS PRIVATAEQVE
LECTIONIS PERSPICVE COMPOSITOS ET
APPENDICE TABVLARVM MEMORABILIVM
INSTRVCTOS.

EDIDIT

D. CHR. GOTTL. BIENERVS

IVRIS NATVRAE ET GEN. PROF. PVBL. ORD.
IN STUDIO LIPSIENSI.

LIPSIAE,
APVD GEORG EMANUEL BEER
MDCCCLXXXVII.